Beatissime Pater,

Fr. Vincentius Leo Sallua, Archiepiscopus Calcedonensis, Ordinis Prædicatorum, ad sacri Pedis osculum provolutus, Sanctitati Vestræ exponit ut sequitur :

Plurimæ sunt in Orbe toto SSmi Rosarii Confraternitates de

quibus vehemens enascitur dubium, utrum rite fuerint erectæ (attentis formalitatibus canonicis quæ erectionem præcedere et sequi debent). Unde, ad evitandum grave damnum quod imminet iis Christifidelibus qui adscripti prædictis Confraternitatibus sic invalide erectis non amplius lucrarentur indulgentias a Summis Pontificibus elargitas, Orator Sanctitatem Vestram deprecatur ut dignetur generalem concedere sanatoriam in favorem omnium Confraternitatum usque nunc erectarum.

Et Deus....

Ex Audientia Sanctissimi diei 28 septembris 1893, Sanctissimus D. N. Leo PP. XIII petitam sanationem benigne concessit.

Datum Romæ ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præpositæ die 28 septembris 1893.

FR. IGNATIUS CARD. PERSICO, PRÆFECTUS.

A. ARCHIEP. NICOPOLIT., *Secret.*

Nos lecteurs n'ont pas oublié les décisions IN ENGOLISMEN du 3 Décembre 1892 (1); ils comprennent dès lors la nécessité de cette sanation.

(1) Voir *Nouvelle Revue Théologique*, t. XXV, page 138.



S. R. ET U. INQUISITIO.

De patrino hæretico non admittendo.
De testimonio solius uxoris circa obitum conjugis.

I. In aliqua parœcia Hungariæ accidit ut mater a fide catholica apostataverit, quia parochus, in baptizanda ejusdem prole, patrinam hæreticam, inhærendo legibus Ecclesiæ, rejecerit. Quum vero ex declaratione S. Pœnitentiariæ die 10 Decembris 1860, ad 19, notorie censuratus ad munus patrini admitti possit, si ex ejus rejectione gravia damna imminere videantur; quæritur utrum hæc declaratio etiam ad patrinos extendi possit, an vero præstet, sicut nonnulli volunt, in hujusmodi casibus difficilibus baptismum sine patrino administrare?

II. Supremæ Sacræ Congregationis Instructio ad probandum obitum alicujus conjugis, n. 4, « ne conjux alias nuptias inire peroptans vitam cœlibem agere cogatur, etiam unius testimonium absolute non respuit » ; quæritur utrum etiam testimonium unius conjugis juratum in defectu aliorum adminiculorum sufficere valeat eum in finem, ut conjux ad novas nuptias admitti possit?

S. Rom. et Univ. Inquisitio, feria IV, die 3 Maii 1893.

Ad I. *Negative, et præstare, ut baptismus conferatur sine patrino, si aliter fieri non possit.*

Ad II. *Ordinarius recurrat in casibus particularibus.*

Nous ne dirons rien de la réponse *Ad II*, qui se borne à prescrire le recours au Saint-Siège dans les cas particuliers; mais nous nous étendrons sur la première question et sur la réponse qu'elle a reçue. Il ne faut pas croire que le cas soit

aussi peu pratique qu'il peut le paraître au premier abord. Même en France, il se rencontre dans les diocèses où les protestants sont nombreux; et on trouve parfois des prêtres peu fixés sur la conduite à tenir, ou partisans d'une condescendance qui n'est guères conforme aux lois de l'Église.

La question posée mentionne une décision rendue en 1860. Cette décision appartient à une série de 28 questions et réponses adressées par la S. Pénitencerie elle-même aux Évêques d'Italie, à la suite de consultations nombreuses qui lui avaient été adressées, dans le but d'obtenir une conduite uniforme des pasteurs des âmes, et de tracer les règles à suivre « dans les circonstances présentes », *ob præsentes rerum vicissitudines*. Ceux qui voudraient voir la pièce entière la trouveront dans les *Acta S. Sedis* (1); deux questions seulement nous intéressent pour le cas actuel. Nous voulons commencer par prouver que le texte même des réponses montre clairement qu'il ne s'agit pas des hérétiques. Voici ce texte :

18. Quomodo se gerere debeant parochi in celebratione matrimoniorum illorum qui notorie in ecclesiasticas censuras inciderint?

Curandum pro viribus, ut ecclesiasticis censuris innodati debito modo cum Ecclesia reconcilientur : at si reconciliari recusent, et nisi matrimonium celebretur, gravia inde damna imminere videantur, parochus Ordinarium consulat, qui, habita rerum et circumstantiarum ratione, omnibusque perpensis, quæ a probatis auctoribus et præsertim a S. Alphonso (Lib. VI, tract. I, cap. 2, n. 54) *traduntur, ea declaret, quæ magis expedire in Domino judicaverit, exclusa tamen semper missæ celebratione.*

19. Item, quomodo se gerere debeant Episcopi et parochi, si

(1) T. I, pag. 557.

quis ex supradictis censura innodatis se sisteret ut sive in sacramento Confirmationis, sive Baptismatis Patrinum agat?

Ut in præcedenti.

Il ressort de ce texte, que l'on donne dans la réponse à la 19e question la même réponse qu'à la 18e; il est manifeste d'ailleurs que les deux questions visent les mêmes personnes, c'est-à-dire ceux qui sont notoirement frappés de censures, puisque la seconde question se réfère expressément à la précédente pour la désignation des personnes : « si quis *ex supradictis*... etc. » Or, dans la première question, comme dans la réponse, il est bien évident aussi que l'on n'a point eu en vue les hérétiques; car, il n'est point fait allusion à la dispense de religion mixte, et on n'eût pas manqué de le faire : on eût répondu de s'abstenir, si la dispense n'était pas obtenue, et, si cette dispense avait été donnée, d'assister au mariage en suivant les règles tracées pour le cas. On a visé seulement ceux qui sont désignés dans la question, c'est-à-dire ceux qui sont notoirement frappés de censures; la réponse ne s'applique pas même aux « vitandi, » comme le font remarquer les auteurs.

Le cas des parrains hérétiques ne doit donc pas être jugé d'après la décision de 1860 (1), mais d'après les décisions qui les concernent et qui sont très nombreuses. Ce sont elles que nous nous proposons de rapporter, pour faire voir que la pratique de l'Église est bien fixée.

La plus ancienne que nous connaissions est de 1598, et c'est dans Albizzi que nous en trouvons la mention : « De anno 1598 die 12 Januarii scriptum fuit a Suprema et universali Inquisitione Patriarchæ Aquileien Sanctissimum nullo modo velle approbare, imo nec tolerare abusum... (2) ».

(1) Il est étonnant que de bons auteurs s'y soient trompés, par exemple D'Annibale, tom. III, n° 286, note 14.

(2) *De inconstantia in fide*, cap. XVIII, n° 35.

Autre décision en 1642; elle est de la Propagande et fait allusion à des décisions précédentes :

1642. *Septembris 22.* — D. DE AUGIES, MISSIONARIUS IN PERSIDE. — An hæretici levare possint ad Baptismum filios fidelium, et e contra? — S. CONG. DE PROP. F. — *Alias dubium fuisse resolutum negative* (1).

Autre décision en 1676.

S. C. S. OFFICII *14 Octobris 1676.* — BOSNIÆ. — An debeant schismatici et hæretici, qui catholicorum sunt hostes infensissimi, ratione alicujus particularis amicitiæ et familiaritatis permitti ut patrini fiant catholicis, in Sacramento Baptismi et Confirmationis, et catholici vicissim illis?

R. *Non posse* (2).

Une décision bien remarquable est celle du 9 Décembre 1745, donnée pour l'Égypte, et insérée en entier dans la nouvelle Collection de la Propagande (3). Elle est malheureusement trop longue pour que nous puissions la rapporter nous-même, n'occupant pas moins de trois pages in-4° dans ce recueil. Benoît XIV fait répondre par toute une instruction sur la matière. Cette instruction rappelle l'obligation du curé, qui est tenu de s'informer avec soin, d'après le Concile de Trente, de ceux qui sont choisis comme parrains; cite la règle du Rituel qui défend d'admettre les hérétiques, donne les raisons de cette défense (4), répond aux objections (5). On

(1) *Collectanea decret. S. Sedis ad usum Soc. Miss. ad exteros*, n° 267.

(2) *Collectanea S. C. de Prop. Fide*, n° 1806.

(3) *Ibid.*, n° 604.

(4) L'hérétique ne peut ni se porter garant de la foi de l'enfant à des vérités qu'il ne croit pas, ni remplir plus tard ses obligations, en instruisant son filleul et en veillant à ce qu'il mène une vie chrétienne.

(5) L'objection est que les parrains, en général, ne s'occupent guères de remplir ces obligations. Benoît XIV répond : « aliud esse quod patrini non curent,

ne trouvera point ailleurs la question mieux étudiée. Il est remarquable que Benoît XIV conclut, comme la décision actuelle, qu'il vaut mieux se passer de parrain au baptême plutôt que d'admettre un hérétique :

Ex quibus omnibus nemo est qui non videat, hæreticum non posse fungi officio patrini in baptismate, quod confertur filio catholicorum ; et quando solus hæreticus esset, qui id præstare posset, conferendum potius esse baptisma sine patrino, cum patrinus non sit de necessitate sacramenti....

Ajoutons que Benoît XIV, citant Verricelli, se demande quelle raison pourrait dispenser de suivre cette défense :

Supramemoratus Verricellus in suo tractatu *De Apostolicis Missionibus, tit. 5, De Baptismo, quæst. 125, num. 4 et 5,* probat, solam indignationem, quantumvis gravem, hæreticorum nullatenus sufficere, ut hæretici possint esse patrini in baptismate, de quo nunc agitur, sed oportere ut propriæ vitæ periculum, aut aliud grave malum occurrat imminens ob hæretici patroni repulsam, ut parochus eum admittens a culpa excusetur...

Nouvelle décision en 1758 (1) ; elle est de la Propagande, et mentionne une décision du Saint-Office en date du 5 Mars 1746, que nous ne trouvons dans aucun recueil. Il est plus intéressant de citer une autre décision, en italien, de 1763 ; elle est aussi rédigée en forme d'instruction et prévoit le cas où un hérétique persisterait à vouloir remplir l'office de parrain ; alors, dit-elle,

Abstinere debebit *(missionarius)* ab administratione sacramenti, neque anxius sit de profanatione forsan secutura, qua-

aliud quod non teneantur curare. » Il les excuse quand les parents remplissent bien eux-mêmes cette charge ; « si tamen quocumque modo sentirent contrarium, tenerentur secundum suum modum saluti spiritualium filiorum curam impendere ;... et qui secus agit, se peccati reum fateri debebit. »

(1) *Collectanea... Soc. Miss. ad exteros*, nº 268.

tenus baptismus a sacerdote schismatico vel a Protestante conferatur, quippe cui non cooperatur minister catholicus; dum, admisso hæretico pro patrino, non vitatur profanatio, et ipse peccato alterius concurrit vel cooperatur, quod nunquam licitum est (1).

Dans notre siècle, de nombreuses décisions ont été rendues dans le même sens, et les collections auxquelles nous avons emprunté les décisions précédentes nous en fournissent une de 1864, deux de 1869, et une de 1871 (2). Nous n'avons pas d'intérêt à en donner le texte ; nous nous bornons à les énumérer. Nous ne citons que celle de 1871, qui indique bien tous les cas qui peuvent se présenter :

Ex Instr. S. C. S. Off. 1871. (Ad Archiep. Corcyren.). — 1. In collatione sacramentorum baptismi et Confirmationis hæretici vel schismatici neque per se, neque per catholicum procuratorem, neque soli, neque cum catholicis, patroni munere fungi licite possunt ; neque catholicis eodem munere fungi licet in iisdem sacramentis ritu acatholico administratis : ita enim constanter tenuit hæc Apostolica Sedes (3).

(1) Texte : « Dovrà allora astenersi dall'amministrazione del Sagramento senza mettersi in pena della profanazione che potrebbe commettersi amministrandosi da un sacerdote scismatico o da un protestante ; perchè a questo non vi coopera il ministro cattolico, laddove ammettendosi per patrino un eretico non si evita la profanazione del Sagramento, e si viene a concurrere ed a cooperare all'altrui peccato, il che non è mai permesso. » *(Collectanea S. C. de Prop. Fide,* n° 606.)

(2) *Ibid.,* 1845, 631 ; *Collectanea... Soc. Miss. ad exteros,* n° 269.

(3) *Collectanea S. C. de Prop. Fide,* n° 1847.



S. CONGREGATIO RITUUM.

I.

Decretum de scapulari B. M. V. a Bono Consilio.

De Beata Virgine Dei Genitrice Maria, quæ a Sanctis Patribus ÆTERNI CONSILII OPUS ET CONSILIATRIX UNIVERSALIS salutatur, ea ab Ecclesia prædicata sunt, quæ in Sacris Scripturis de divina Sapientia leguntur : MEUM EST CONSILIUM ; EGO HABITO IN CONSILIO ET ERUDITIS INTERSUM COGITATIONIBUS. Inde titulus ortum habuit quo ipsa Cœli Regina a fidelibus christianis jam ab antiquis temporibus donata est, MATER BONI CONSILII. Qui mos Beatam Dei Genitricem appellandi ac venerandi Genestani potissimum invaluit ex ea tempestate, cum quatuor abhinc sæculis, sedente Paulo II Summo Pontifice, speciosa Icon Beatissimæ Matris ibidem mirabiliter apparuit. Quin et Pia Unio sub tali vocabulo a Moderatoribus Ecclesiæ Ordinis Eremitarum Sancti Augustini inibi existentis, de Prioris Generalis Ordinis ipsius consensu, instituta est, quam Benedictus XIV approbavit et confirmavit, atque inviolabili Apostolicæ firmitatis patrocinio munivit, ipseque ac alii Summi Pontifices indulgentiis ditaverunt. His autem temporibus nostris, populorum christianorum necessitatibus urgentibus, mirum quantum hujusmodi cultus ceperit incrementi. Unde factum est ut Christifideles desiderium patefecerint signum aliquod seu Scapulare gestandi a Beata Virgine de Bono Consilio nuncupatum, quo sibi uberius ipsam Bonorum Consiliorum Matrem demereri valeant. Quocirca R. P. Fr. Aurelius Martinelli, Moderator Generalis præfatæ Piæ Unionis, ab Apostolica Sede humillimis precibus efflagitavit, ut singulis pro tempore Directoribus uniuscujusque sedis tribueretur facultas benedicendi atque utriusque sexus Fidelibus

imponendi Scapulare in honorem Almæ Dei Parentis sub enunciato titulo De bono consilio.

Quibus precibus ab Emo et Rmo Dno Vincentio Vannutelli, Causæ Ponente, in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Cœtu subsignata die ad Vaticanum habito relatis, Emi et Rmi Patres sacris tuendis Ritibus præpositi, re mature perpensa, atque audito R. P. D. Caprara, Sanctæ Fidei Promotore, rescribendum censuerunt :

Supplicandum Sanctissimo pro concessione Scapularis juxta schema a Sacra Congregatione approbandum et penes eam adservandum favore Ordinis Eremitarum Sancti Augustini; cum facultate subdelegandi et cum indulgentiis ab eodem Sanctissimo Domino Nostro impetrandis; quoad formulam vero benedictionis et impositionis ejusdem Scapularis, ad Eminentissimum Ponentem cum Promotore Fidei.

Die 19 Decembris anni 1893.

Facta autem de iis per me infrascriptum Cardinalem, Sacræ eidem Congregationi Præfectum, Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papæ XIII relatione, Sanctitas Sua, in tot tantisque rerum ac temporum perturbationibus auxilium enixe implorans a Sanctissima Dei Genitrice, exhibitum Scapulare ejusque formulam, ab eodem Eminentissimo Ponente una cum prædicto Sanctæ Fidei Promotore revisam et emendatam, approbavit juxta mentem Sacræ ipsius Congregationis, simulque facultatem illud benedicendi atque imponendi Patribus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, cum expetitis Indulgentiis, et cum facultate subdelegandi benigne concessit.

Die 21 iisdem mense et anno.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. Præf.

Vincentius Nussi, *Secr.*

FORMULA BENEDICENDI ATQUE IMPONENDI
SCAPULARE BEATÆ MARIÆ VIRGINIS A BONO CONSILIO.

Suscepturus Scapulare genuflectit, ac sacerdos stola alba indutus dicit :

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cœlum et terram.
℣. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.
℟. Et salutare tuum da nobis.
℣. Domine, exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Jesu Christe, qui Magni Consilii Angelus et Admirabilis Consiliarus hominibus per Incarnationem tuam adfuisti : hoc Scapulare Beatæ Mariæ, Matris tuæ a Bono Consilio, bene†dicere digneris; ut hæc insignia gestantes per gratiam tuam recta consilia secuti bonis perfrui mereantur æternis. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

℟. Amen.

Postea aspergit Scapulare aqua benedicta, atque illud imponens dicit :

Accipe, Frater (*vel* Soror), hæc insignia Beatæ Mariæ Virginis, Matris Boni Consilii; ut, ea inspirante, quæ Deo placita sunt digne semper perficias, et cum electis suis consociari merearis. Per Christum Dominum Nostrum.

℟. Amen.

Tunc prosequitur :

℣. Ora pro nobis, Mater Boni Consilii.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Deus, qui Genitricem dilecti Filii tui Matrem nobis dedisti, ejusque speciosam imaginem mira apparitione clarificare dignatus es : concede, quæsumus; ut ejusdem monitis jugiter inhæ-

rentes, secundum cor tuum vivere, et ad cœlestem patriam feliciter pervenire valeamus. Per eumdem Christum Dominum Nostrum.

℟. Amen.

ELENCHUS INDULGENTIARUM.

Plenariæ.

Plenariam omnium admissorum indulgentiam utriusque sexus Christifideles lucrari queunt, animabus quoque in purgatorio detentis applicabilem, in sequentibus diebus, dummodo rite confessi, et ad sacram Synaxim accesserint :

1. Die, qua B. M. V. Boni Consilii Matris Scapulare suscipiant, vel Dominica, aut in aliquo Festo eam immediate sequenti.

2. Die 26 Aprilis, vel aliqua infra octavam Festi B. M. V. Boni Consilii Matris.

3. In articulo mortis, dummodo rite confessi et Sanctissima Eucharistia refecti corde saltem, si nequeant ore, Sanctissimum Jesu nomen invocaverint.

4. In festis Immaculatæ Conceptionis, Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, et Assumptionis B. M. V., itemque in festo S. Augustini Episcopi Confessoris Ecclesiæque Doctoris.

Partiales.

1. Indulgentiam septem annorum ac totidem quadragenarum, pari modo animabus piaculari igne cruciatis applicabilem, consequi possunt fideles utriusque sexus in festis Præsentationis et Visitationis B. M. V.; dummodo corde contrito ecclesiam vel publicum oratorium inviserint, ibique aliquod temporis spatium juxta mentem Summi Pontificis pias ad Deum preces fuderint.

2. Centum dierum indulgentiam quoties corde vel ore Deiparæ Virginis Consilium invocaverint.

Item indulgentiam centum dierum quoties corde contrito, et pro conversione peccatorum bonum aliquod opus exegerint.

ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI.

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, referente me infrascripto Cardinali Sacræ Rituum Congregationi Præfecto,

suprascriptam benedictionis formulam ab Eminentissimo ac Reverendissimo Domino Cardinali Vincentio Vannutelli, Causæ Relatore, una cum R. P. D. Augustino Caprara S. Fidei Promotore revisam et emendatam approbavit, simulque expetitas Indulgentias, in superiori elencho adnotatas, Fidelibus Scapulare gestantibus in honorem B. M. V. Boni Consilii Matris, benigne impertiri dignatus est, juxta ejusdem S. Congregationis Decretum diei 19 Decembris 1893.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 21, iisdem mense et anno.

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. PRÆF.

VINC. NUSSI, *S. R. C. Secr.*

Il ne nous reste plus qu'à faire connaître la forme du Scapulaire lui-même. Voici comment le décrivent les *Ephemerides liturgicæ* (1) : « Scapulare istud conficiatur ex binis de more partibus laneis albi coloris simul conjunctis per duplicem chordulam, seu vittam. Altera pars habeat superimpositam imaginem impressam in serica vel simili materie Imaginem B. Mariæ, quæ colitur in Sanctuario Genestani cum verbis inscriptis : *Mater boni consilii*. Pars vero altera referat applicitum stemma pontificale, videlicet trinam coronam cum clavibus, et verba inscripta latine seu vernacule : *Fili acquiesce consiliis ejus* (Leo XIII). »

II.

Concessions concernant la translation ou la simplification des fêtes.

Nous réunissons sous ce titre deux indults de la S. Congrégation des Rites, qu'il nous paraît utile de faire connaître. En soi, il s'agit de concessions particulières, qui

(1) Mars 1894, page 135.

n'ont d'intérêt immédiat que pour les Ordres religieux qui les ont obtenues. Nous ne croyons pas pourtant que nos lecteurs nous reprochent de les publier : d'autres Ordres religieux, des diocèses, peuvent rencontrer les inconvénients signalés dans ces deux documents; et on est heureux, en pareil cas, de savoir que la voie est ouverte, que d'autres se sont déjà adressés à la S. Congrégation, et de connaître ce qu'elle a accordé.

Première concession. *Mesure prise pour empêcher la simplification de certaines fêtes.* — Il est certains calendriers assez surchargés pour que les fêtes de rite double majeur, ou encore les fêtes doubles des Docteurs de l'Église, si elles viennent à être empêchées en leur jour d'incidence, ne trouvent plus de place libre jusqu'à la fin de l'année et doivent être réduites au rite simple. Le rescrit suivant nous apprend que l'on peut obtenir en pareil cas la faculté de donner à ces fêtes les jours occupés par des semi-doubles et de simplifier ces derniers.

ORDINIS MINORUM SANCTI FRANCISCI CAPUCCINORUM.

Numerus Officiorum in Kalendario et Proprio Ordinis Minorum Sancti Francisci Capuccinorum adeo adauctus est, ut ad anni exitum facile nonnulla Sanctorum et Beatorum Festa, etiam ex iis quæ juxta Breve Apostolicum diei 28 Julii 1882 transferri debent et possunt, ad ritum simplicem redigenda sint. Hinc Rmus Pater Fr. Bernardus ab Andermatt, prædicti Ordinis Minister Generalis Sanctissimum Dominum Leonem Papam XIII humillimis precibus exoravit, ut facultatem benigne tribuere dignaretur, qua aliæ Seraphici Patris Familiæ jam gaudent, ipsa scilicet Officia transferendi in dies Festorum semiduplicium, quoties dies liberi, in quibus ea reponi possint, prope anni finem desint, ipsis semiduplicibus ad ritum simplicis redactis. Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi

specialiter ab eodem Sanctissimo Domino Nostro tributarum, benigne annuit juxta preces.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 16 Septembris 1893.

A. CARD. SERAFINI, PRÆF.

VINC. NUSSI, *Secr.*

Nos lecteurs ne seront point sans remarquer les mots : « Facultatem, qua aliæ Seraphici Patris familiæ jam gaudent. » Ce n'est donc pas la première fois que la question est portée devant la S. Congrégation ; et ceux dont le calendrier est trop chargé peuvent espérer que semblable demande présentée par eux serait favorablement accueillie.

Inutile, du reste, d'insister sur ce fait, que la simplification d'un semi-double, pour donner son jour à un double majeur ou à la fête d'un Docteur de l'Église, n'est permise par ce rescrit que lorsqu'il ne reste plus de jour libre pour ces fêtes jusqu'à la fin de l'année. Cela suffit d'ailleurs pleinement, et l'on ne pouvait raisonnablement demander davantage.

DEUXIÈME CONCESSION. *Mesure prise pour empêcher la translation à une date trop éloignée d'un double de première ou de seconde classe.* — C'est là encore un inconvénient grave, qui se présente lorsqu'un calendrier est surchargé. Nous ne pouvons donner dans la *Revue* le texte même du rescrit accordé par la S. Congrégation ; mais nous savons de source certaine que le cas lui a été soumis par les RR. PP. Franciscains de l'Observance, et que cet Ordre a obtenu le 17 Janvier 1883 de pouvoir « Festa duplicia primæ et secundæ classis, propria die accidentaliter vel perpetuo impedita, proxima die non impedita festo duplici primæ vel secundæ classis celebrare, ac de festo ea die occurrenti ad instar simplicis agere. »

C'est là encore une concession qu'il est bon de connaître.

Nous nous permettons de dire qu'elle peut donner lieu, dans la pratique, à une question qui n'est pas sans difficulté. Supposons que, le lendemain de la fête double de première ou de seconde classe, se rencontre un double majeur ou la fête d'un Docteur de l'Église. Faudra-t-il simplifier ou transférer cette fête, pour donner l'office au double de première ou de seconde classe? Que l'on s'arrête au premier parti, on aura le regret de perdre l'office d'une fête importante, à laquelle les nouvelles Rubriques assuraient le privilège de la translation; si on prend le second, cette fête sera renvoyée très loin, car il ne faut pas oublier que nous supposons un calendrier très chargé. Les deux solutions ne sont point sans inconvénient; et, si nous avions à faire une demande analogue au Saint-Siège, nous croyons qu'il vaudrait mieux obtenir de placer les doubles de première ou de seconde classe, empêchés en leur jour d'incidence, au premier jour occupé par une fête de rite semi-double, ou même double, qui ne soit pas celle d'un Docteur de l'Église, c'est-à-dire par une fête que les nouvelles Rubriques ne permettent pas de transférer.



S. C. SUPER STATU REGULARIUM.

DES MOTIFS REQUIS

POUR LE RENVOI D'UN PROFÈS DE VŒUX SIMPLES.

Beatissime Pater,

Fr. Raphael ab Aureliaco, Procurator Generalis Ordinis Minorum Sancti Francisci, ad pedes Sanctitatis Vestræ provolutus, exponit quod in Declaratione diei 12 junii 1858 data a S. Congregatione super statu Regularium de votis simplicibus et facultate dimissionis Professorum eorumdem votorum legitur :

« N° V. *Licet ad decernendam dimissionem neque processus, neque judicii forma requiratur, sed ad eam procedi possit sola facti veritate inspecta, tamen Superiores procedere debent summa charitate, prudentia et ex justis et rationabilibus causis* ».

Quæritur, ad ampliorem in hac materia dilucidationem, an *justa* sit ac *rationabilis* causa, idem motivum quod fuisset sufficiens ad novitium a professione arcendum, uti a nonnullis gravitate et dignitate præstantibus tenetur, v. g. aptitudinis defectus ad Ordinis officia, quamvis minora et respective communia, obeunda, sicut prædicatoris aut confessarii, vel etiam ineptitudo ad obligationes proprii status adimplendas, sive id oriatur ex animi levitate, vel judicii defectu, ita ut ob hujusmodi causas a Superioribus immediatis recognitas et pro certo affirmatas, professus votorum simplicium potius oneri et perturbationi quam utilitati et ædificationi futurus esset propriæ religioni (exclusa semper infirmitate post professionem superventa, ob quam professus dimitti nequit)?

Et Deus....

Sacra Congregatio super statu Regularium super præmissis mandavit rescribi, prout rescripsit :

Non esse interloquendum, cum agatur de re ab Apostolica Sede commissa judicio et conscientiæ Superiorum.

Romæ, 15 decembris 1893.

A. TROMBETTA, *Pro-Secret.*

Ce n'est pas la première fois que nous sommes amené par une décision du Saint-Siège à nous occuper de questions analogues à celle-ci ; nous pouvons en particulier, renvoyer à notre tome XXI, page 245. Nous y rappellions que d'après un Décret de Pie IX, en date du 18 Mars 1857, les vœux solennels doivent, dans tous les Ordres réguliers, être précédés par trois ans au moins de vœux simples, et qu'une Lettre du 7 Février 1862 frappe de nullité la profession de vœux solennels faite avant les trois ans écoulés. Diverses déclarations sont venues interpréter la décision de 1857 ; celles du 12 Juin 1858, rendues dans le principe pour les Dominicains, ont été étendues plus tard à tous les Ordres réguliers. Il y est dit que ces vœux simples sont perpétuels *ex parte voventis* ; mais cette perpétuité n'est point complètement assurée : non seulement le religieux de vœux simples peut être dispensé de ses vœux par autorité pontificale, mais l'Ordre n'est point lié vis-à-vis de lui, et il peut être renvoyé par ses Supérieurs. Ce renvoi le dégage de tout lien, de toute obligation résultant de ses vœux.

Le n° 5 des déclarations de 1858 introduit une différence très grande entre l'expulsion du Profès de vœux solennels et le renvoi du Profès de vœux simples. L'expulsion du religieux de vœux solennels est toujours une peine grave, qui suppose une faute ou des fautes graves, et même l'incorrigibilité du sujet, et requiert un procès juridique ; le renvoi du religieux de vœux simples ne suppose pas nécessairement

une faute dans le sujet et la forme juridique n'est pas requise. Benoît XIV dit, en parlant des religieux de la Compagnie de Jésus dont les vœux sont simples : « Dimissionis causa plerumque ex eo desumitur, quod religiosus minime valeat incœptum curriculum laudabiliter persequi, et ad Societatis institutum vitam exigere (1). » Ce texte est applicable aux profès de vœux simples dont nous parlons aujourd'hui ; et, quand la S. Congrégation, dans la déclaration citée plus haut, prononce que le renvoi doit être fondé sur une cause juste et raisonnable, elle veut simplement dire que toute cause raisonnable, qui amène le Supérieur à former cette appréciation, est suffisante pour le renvoi.

C'est sans doute pour conserver à la Déclaration de 1858 ce même caractère que la S. Congrégation répond aujourd'hui : *Non esse interloquendum* ; c'est dire équivalemment que l'appréciation des motifs du renvoi doit être laissé à la conscience du Supérieur. Les motifs énoncés dans la supplique seront donc appréciés par lui comme les autres, et rien ne l'empêche de s'appuyer sur eux, s'il les juge suffisants.

Le renvoi d'un profès de vœux simples est assurément chose grave ; l'expulsion d'un religieux de vœux solennels est plus grave encore dans ses conséquences, et pratiquement plus difficile, puisqu'un procès canonique est toujours nécessaire. Aussi regrettons-nous d'avoir laissé passer une décision qui concerne cette dernière question ; nous n'y prêtâmes pas attention dans le temps, et nous nous sommes dit depuis qu'il eût été utile de la faire connaître et de préciser quelles facilités elle donne et quelles modifications elle apporte aux conséquences ordinaires de l'expulsion. Nous la publierons dans un prochain numéro.

(1) *De synodo*, lib. XIII, c. XI, n. 22.

CONFÉRENCES ROMAINES.

QUÆSTIONES RITUALES

SUPER RUBRICIS BREVIARII ROMANI

De quibus deliberabitur in Academiæ liturgicæ conventibus, quos auspice viro Eminentissimo Lucido-Maria Parocchi, Episcopo Albanensi, S. R. E. Cardinali et Sanctissimi Domini nostri Leonis PP. XIII Vicario generali, Romæ in Ædibus Presbyterorum Missionis prope Curiam Innocentianam anno 1894 habebunt sacerdotes e cœtu collationum spiritualium, diebus qui singulis quæstionibus inscripti sunt.

MONITUM.

Qui propositas quæstiones enodare, aut enodatas magis magisque illustrare, vel piam collationem habere debent, meminerint illud, quod nostro in cœtu solemne semper fuit, hæc omnia unius horæ spatio continenda. Initium vero conventus toto anno erit hora vigesima secunda.

I.

Die 22 Novembris 1893 hora 3 a meridie.

Ecclesia Collegiata B., quæ extra civitatem episcopalem extat, recolit sub ritu duplici primæ classis cum octava ex peculiari indulto solemnitatem Sacratissimi Rosarii, et quidem magno cum apparatu atque exteriori pompa, ingentique populi concursu. Dies autem hujusce maximæ festivitatis eadem est ac pro universa Ecclesia, videlicet Dominica prima mensis Octobris. Sed vero Titulus Cathedralis Ecclesiæ est S. Franciscus Assisiensis, cujus festum die 4 ejusdem mensis agitur, non solum in civitate episcopali, sed et in tota diœcesi sub eodem

ritu duplici primæ classis cum octava. Anno autem 1891 accidit, ut in eamdem diem incideret utrumque festum, quod in præfata Ecclesia B. gravi locum dedit controversiæ. Quidam enim ex Canonicis S. Francisci festum die 4 Oct. recolendum dicebant, sive quia diei mensis affixum, sive quia primarium, sive quia ex Rubricis impositum. Alii vero Solemnitatem SS. Rosarii eadem die peragendam sustinebant, sive ratione dignitatis, sive quia maximæ celebritatis, et etiam quia, licet secundarii rationem habeat, relative primaria considerari potest. Istis cessit Calendarii redactor, non sine tamen formidine de opposito, ut sequentia sibi dubia impræsenti enucleanda proposuerit :

1° *In quo præcise (inspecta maxime solutione quæstionis de primariis secundariisque festis) ratio primarii et secundarii constitui debeat : et num inter primaria et secundaria festa, alia* per se, *alia* per accidens *talia censenda sint ?*

2° *Num festum, eo quod fixum diei mensis, alii quia feriæ vel Dominicæ affixum, ceteris paribus, præferri debeat ?*

3° *Item an festum, quia solemnius licet secundarium, alii minus solemni quamvis primario, vel quia ex Rubricis, alii indultivo, ceteris paribus, præferri debeat, seu Rubricis, seu Decretis perpensis ?*

4° *Quid, inspectis omnibus, de casu proposito nunc judicandum ?*

II.

Die 6 Decembris 1893, hora 3 a meridie.

In quadam Ecclesia Titulus est Visitatio B. M. Virginis, quæ die 2 Julii recolitur, et, uti par est, sub ritu duplici primæ classis cum octava. Cum autem dicta octava in aliam incidat, quæ est SS. Apostolorum Petri et Pauli, vehemens et quotannis illa in Ecclesia agitatur quæstio, seu circa unius præcedentiam commemorationis octavæ præ altera, seu etiam circa alterutrius recitationem officii, quando aliud non occurrit festum semiduplex vel potioris ritus recolendum. Licet enim hucusque commemoratio de Visitatione, sicut et de ipsa officium ratione

dignitatis, in occursu cum alia octava prævaluerit; plures nihilominus post de primariis et secundariis festis resolutam quæstionem contendunt, digniorem octavam alteri minus dignæ præferendam, sed octavam Apostolorum digniorem esse octava Visitationis, quemadmodum festum illud dignius est isto. Anceps Cæremoniarum magister Ecclesiæ hæc inquirit :

1° *Utrum, vi Rubricarum Breviarii Romani, admittenda sit dignitas* objectiva *seu* personalis, *et dignitas* relativa *festorum, et quænam, si affirmative, ceteris paribus, in occursu prævaleat?*

2° *Utrum eo semper dignior sit octava, quo dignius est festum, ut sicut festum dignius festo minus digno, ita dignior octava alteri minus dignæ sit præferenda, seu ad commemorationem seu ad officii quod attinet recitationem?*

3° *An bene se gesserint antiqui, an rectius judicent recentes, quidque pro casu proposito concludendum?*

III.

Die 13 Decembris 1893, hora 3 a meridie.

Habebitur sermo *de Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis*, quam peculiarem sibi Patronam jam inde ab initio Academia selegit.

IV.

Die 10 Januarii 1894, hora 3 1/4 a meridie.

Quædam particularis Ecclesia indulto nuper donata fuit, ut recoleret Festum SS. Nominis Jesu Dominica secunda post Epiphaniam, sub ritu duplici secundæ classis cum octava. Sed dies ista octava accidit ut hoc anno concurreret cum SS. Vincentio et Anastasio, qui sunt illic Compatroni, licet sub duplici tantum minori recolantur ritu. Hinc quæstio vehemens circa Vesperas, an integræ forent tribuendæ diei octavæ festi Domini, an potius integræ faciendæ essent, vel a Capitulo saltem, de Ss. Vincentio et Anastasio. Licet enim Gen. Rubrica Breviarii

aperte doceat, festa Domini in concursu præferenda esse ceteris in paritate ritus; nihilominus, ea tantum videntur illic significari, quæ primaria sunt, utpote solemniora, non vero secundaria, utpote minus solemnia, ad quæ indubie pertinet SSmum Jesu Nomen. Nihilominus, cum verba Rubricæ *Inter festa æqualis solemnitatis* (*Tit. XI, n. 2*) communiter intelligantur de festis *æqualis ritus*, et ejusmodi festa Vesperas integras habere in concursu debeant, integræ diei octavæ datæ fuerunt. Quod ægre nonnulli Rubricarum peritiores ferentes, et nuper resolutam invocantes controversiam de primariis et secundariis festis, inquirunt :

1° *Quænam sint Generales regulæ, diem octavam moderantes in concurrentia festorum et quænam exceptiones, seu Rubricis seu tabella Concurrentiæ seu decretis probe intellectis?*

2° *Utrum vi Decreti super primariis et secundariis festis, dies octavi festorum quorumcumque Domini, imo et B. Mariæ V. atque Sanctorum, qui in Rubrica 2 Tit. XI nominantur, aliquo, et quo privilegio in concursu gaudeant?*

3° *Quomodo in casu proposito, aliove simili, ordinandæ Vesperæ?*

V.

Die 24 Januarii 1894, hora 3 1/2 a meridie.

Caius et Titius Cæremoniarum magistri peritissimi quoddam paucis abhinc diebus calendarium pro anno 1894 redactum examinantes, animadvertunt peculiarem occurrentiæ casum. Oratio D. N. J. C. in Horto, et Desponsatio almæ Virginis cum S. Joseph eodem die occurrerunt. Cumque utrumque festum secundarium sit, observant, jure merito tributam fuisse prælationem festo Domini, et translatum in aliam diem festum Deiparæ. Cum vero ante Desponsationis festum, aliud occurrisset impeditum et ad aliam diem amandandum, admirantes vident huic festo, quod prius fuerat impeditum, antepositum fuisse in translatione festum Desponsationis. Redactorem accersunt, ab eoque causam hujusmodi dispositionis inquirentes,

audiunt, se ita semper fuisse operatum, et ab omnibus liturgicis auctoribus ejusmodi agendi modum didicisse. Ad novissimum tunc Decretum super primariis et secundariis festis appellantes, et Calendarii Redactorem incusantes erroris, quærunt :

1° *Quænam generales Translationis regulæ, juxta Tit. X Rubricarum Breviarii Romani, et quænam hucusque fuerit intelligentia Rubricæ septimæ ejusdem Tituli?*

2° *Quomodo impræsenti intelligenda veniat eadem Rubrica, juxta Decretum novissimum de primariis et secundariis festis, peculiariter majori vel minori solemnitate festorum inspecta?*

3° *Utrum vere erraverit Calendarii Redactor, et quomodo instruendus, ut in casu?*

VI.

Die 14 Februarii 1894, hora 4 a meridie.

Vehemens nuper suborta est quæstio duos inter viros Rubricarum Breviarii Romani apprime peritos, circa ℣. *Qui venturus es*, an potius *Qui natus es* dicendum ad Primam in Dominica Adventus, occurrente infra octavam Deiparæ Conceptionis Immaculatæ. At factum est, ut post controversiam pluries discussam, cum uterque ex disceptantibus de more contendisset æquam propriam esse sententiam, unusquisque in sua sentiendi ratione permanserit. Hinc nonnulla Calendaria inscripserunt præfato die ℣. *Qui natus es*, nonnulla vero *Qui venturus es*. Ratio quæstionis præcipua desumitur ex quadam incohærentia, quæ apparet; dum enim Officium de Adventu recitatur, cujus objectum est Christus venturus, nihilominus ex Rubrica tam generali (*Tit. 28, n. 3*) quam particulari (*In fest. Imm. Concep.*), omnino *Qui natus est* dicendum videtur. Itaque opportunum judicatum est quæstionem huic Academiæ Liturgicæ iterum discutiendam submittere. Quæritur :

1° *Quænam leges generales, juxta Rubricas Breviarii Romani, horum versuum recitationem et mutationem dirigant?*

2° *Quid pro casu particulari doceant communiter auctores, Rubricam generalem et specialem exponentes?*

3° *Utrum in casu* ℣. Qui venturus es *censendus sit proprius de die, an proprius de tempore?*

4° *Si* ℣. Qui venturus es *dicendus sit, quanam doxologia terminandi sunt hymni?*

5° *Quid ex omnibus expositis securius concludi potest?*

VII.

Die 28 Februarii 1894, hora 4 1/4 a meridie.

Rubrica Breviarii Romani Tit. IX, n. 7 jubet de festo duplici minori et semiduplici, potiori festo impeditis, faciendam esse commemorationem in utrisque Vesperis et Laudibus : dummodo festum impediens non sit dup. I. classis; quo in casu, sicuti duplicis minoris ita semiduplicis impediti, eo anno penitus omittenda est commemoratio.

Huic Rubricæ innixus quidam redactor calendarii, festo semiduplici impedito a duplici II classis trinam semper assignat commemorationem, etsi tertia com. hujus semiduplicis impediti facienda occurrat in primis etiam Vesperis sequentis festi duplicis 2. classis. Quod alteri sodali suo nequaquam arridet, quippe qui sustinet esse contra Rubricam alteram ejusdem Breviarii, nempe Tit. IX, n. 6; in quo edicitur, commemorationem semiduplicis jam celebrati, in primis Vesperis sequentis duplicis 2. classis esse omittendam. Hinc quæritur :

1° *Quasnam vi Rubricarum et penultimi notandi post Concurr. tabellam commemorationes admittat dup. I. classis, quasnam dup. 2. classis, in primis et secundis Vesperis, quasnam respuat, et quibus de causis?*

2° *Quomodo intelligendæ et componendæ Rubricæ circa tertiam commemorationem semiduplicis ad simplicem ritum jam redacti, si Vesperæ fiant de sequenti dup. 2. classis?*

3° *Quid de disceptantibus judicandum, ut in casu?*

VIII.

Die 14 Martii 1894, hora 4 1/2 a meridie.

Habebitur sermo *de Passione D. N. J. C.*, ut divinum illud atque ineffabile Mysterium, supremum Liturgiæ objectum, solemniter quotannis recolatur.

IX.

Die 11 Aprilis 1894, hora 5 a meridie.

Cum transacto anno 1892 locus non superfuerit Dominicæ sextæ post Epiphaniam ob Septuagesimam, in diem 14 mensis Februarii incidentem, duo in re liturgica viri satis versati gravem instituerunt quæstionem : utrum nempe eidem Dominicæ, quæ in præcedenti Sabbato ad instar ferialis officii recolenda erat, assignari necne posset officium votivum ad libitum. Namque a Leone Papa XIII an. 1883 ita ejusmodi votiva officia indulta fuere, *ut loco officiorum ferialium, quocumque anni tempore persolvi possent,* quibusdam tantum temporum adjunctis exceptis. Nunc autem officium illud Dominicæ, quod anticipari quandoque debet, ad instar ferialis est, ut non videatur exceptum. Quod nihilominus nihil probare videtur aliis, qui oppositum sustinent ; aiunt enim, hujusmodi officium non esse feriale, licet ad instar ferialis, nec ad feriam simpliciter pertinere, sed ad Dominicam. Quæritur :

1° *Quando et quibus de causis inceperint officia votiva, ad quorum similitudinem votiva ad libitum indulsit officia per annum Leo Papa XIII?*

2° *Utrum erui possint ex Rubricis Breviarii Romani, vel saltem ex Decreto iisdem Rubricis præmisso, vel ex aliis a S. R. Congregatione emanatis, normæ aliquæ, hujusmodi officia vel permittentes, vel prohibentes in feriis, in quibus Dominicæ officium anticipandum est?*

3° *Cui ex contrarie opinantibus, omnibus bene perpensis, veritas faveat?*

X.

Die 16 Maii 1894, hora 5 3/4 a meridie.

In quadam Ecclesia extra Italiam die 26 Decembris fit de S. Archelao Ep. Titulari. Calendarium autem sequenti ratione legitur ordinatum. Die 2 Januarii anni sequentis fit de festo Sancti Stephani, cum ejusdem Sancti Protomartyris recurrat dies octava, et aliunde reliqui dies præcedentes sint omnes impediti. Unde fit, ut S. Stephanus perpetuo celebretur sine octava, non solum in toto, sed et in parte. Quod aliquibus abhinc annis causa querelarum fuit cuidam rei liturgicæ perito : sive quia Sanctorum festa impedita reponi in sequenti anno vetitum est, sive quia pro duplici primæ classis occurrente, cujus ritus est Ecclesiæ Titulus, nec semiduplex, nec duplex minus sunt dies impediti vi Decretorum, quando usque ad finem anni alius pro repositione locus non superest. At non ideo Episcopus potestatem facit componendi negotium; quia, inquit, dies festus et dies octava, quæ festi continuatio est, pro uno eodemque haberi possunt : adeo ut si octava recoli potest insequenti anno, possit et dies festus eodem jure celebrari. Quod si octavæ nulla dies celebretur, ideo fit, quia id Rubricæ in casu prohibent.

Quæritur :

1° *Quænam lex generalis pro festis impeditis seu transferendis seu reponendis? Num, et quæ dentur exceptiones? Et utrum in his comprehendatur festum octava gaudens?*

2° *Quid generaliter agendum, si dies vacui non supersint usque ad finem anni pro transferendis festis, multiplici eorumdem festorum ritu inspecto?*

3° *Quid judicandum in casu, prouti expositum est, perpensis momentis hinc inde allatis?*

XI.

DE OCCURSU ET CONCURSU DEDICATIONIS ET PATRONI.

Die 30 Maii 1894, hora 6 a meridie.

Caius Episcopus Cathedralem Ecclesiam suam fere integre renovatam consecraturus, a S. R. Congregatione petiit et obtinuit indultum, ut deinceps uno eodemque die Ecclesiæ omnes diœceseos illius anniversarium ritu, ut par est, solemniori celebrarent. At vel ab ipso primo anniversario Dedicationis, quod Dominica II post Pascha Episcopus statuerat, licet Dedicationis dies fuisset 25 Martii, graves in quadam parochiali benedicta tantum Ecclesia exortæ sunt difficultates. Nam anniversarium Dedicationis occurrit accidentaliter cum festo Patroni loci, quod maxima semper cum populi frequentia recoli consueverat. Hinc quidam tenebant transferendum esse anniversarium Dedicationis, quidam vero de hoc tamquam de festo Domini agendum defendebant, et loci Patronum transferendum. Alii vero dicebant, ejusmodi Dedicationis festum, utpote alienæ Ecclesiæ esse secundarium, eique prælationem denegandam super Patrono loci indubie primario. Nec defuerunt qui parum obsequentes Episcopo docebant, hoc anniversarii festum in Dominica esse contra legem; quia Episcopus nequibat de jure ejusmodi seligere diem, cum consecrationem Ecclesiæ extra Dominicam peregisset, consequenter optimo jure illud alia die etiam perpetuo transferri posse. Interim Patronus loci pro eo anno tali die celebratus fuit, et ad primam diem liberam amandata Dedicatio. Quæritur :

1° *Quanta sit præ aliis festis solemnitas Dedicationis Ecclesiæ ejusque anniversarii celebratio, seu antiquitate, seu Rubricis Breviarii Romani inspectis?*

2° *Quænam sint jura Episcopi circa diem statuendum pro anniversario Dedicationis, et num quemcumque diem seligere possit, vel quales nequeat?*

3° *Anniversarium Dedicationis Ecclesiæ propriæ, vel etiam*

alienæ, est ne primarium, maxime si ab omnibus eodem die recolatur?

4° *Occurrente aut concurrente anniversario Dedicationis, maximo celebrandæ ritu, cum festo patroni loci, cui prælatio competit? Quidque de tota facti serie censendum, ut in casu?*

5° *Si Festum Patroni reponendum sit, qua die assignandum? Reponenda ne erit et feriatio?*

XII.

DE TRANSLATIONE INDULGENTIÆ FESTO ADNEXÆ.

Die 13 Junii 1894, hora 6 1/4 a meridie.

Nuper transacto anno 1893 accidit, ut officium S. Cordis D. N. J. C. transferri debuerit in sequentem diem, ob illius occurrentiam cum solemniori festo S. Joannis Baptistæ, juxta Decretum *Urb. et Orb.* d. d. 28 Jun. 1889. Hinc controversia exorta est in quadam Ecclesia circa Indulgentiam eidem adnexam festo, vel in *die propria*, vel in *die translata* lucrifaciendam. Ex pluribus namque Decretis S. R. Congregationis constat, Indulgentiam non transferri, cum transfertur festum. Quamvis autem Pius Papa IX per Decretum *Urb. et Orb.* 9 Aug. 1852 declaraverit, translatam censeri Indulgentiam, si festi solemnitas transferatur; nihilominus dubium adhuc remanet, ex quo hæc solemnitas festi constituatur, et num in translatione SS. Cordis Jesu, juxta præfatum Decretum 28 Jun. 1889, ipsa quoque translata censenda sit nec ne solemnitas festi : quod etiam quidam sustinent fieri non posse, nisi ex facultate Ordinarii. Hinc quæritur :

1° *Quid solemnitatem festorum constituat, de cujus licentia eadem transferri possit solemnitas, et quibus de causis?*

2° *Quænam impræsentiarum regulæ, ut discernatur, an Indulgentia cuidam adnexa festo, transferatur cum ipso festo, nec ne?*

3° *Quid judicandum in particulari, ut expositum est in casu?*

XIII.

DE VERBA DISTRIBUENDI RATIONE IN THURE ADOLENDO AD MISSAM.

Die 27 Junii 1894, hora 6 1/4 a meridie.

Mos viget in quadam Cathedrali Ecclesia, qui prorsus singularis est, ad verborum quod attinet distributionem, cum secunda vice thus adhibetur altari in solemniori Missa. Namque in primis Celebrans cruci thus adolens dicit *Dirigatur Domine*, si Reliquiæ hinc inde inter candelabra non adsint. At si eæ fuerint expositæ, tunc crucem thurificans silet, et dicta verba incipit, cum Reliquiis thurificandis dat initium, eaque ad finem usque prosequitur incensationis totius altaris. Caius, Cæremoniarum magister, ægre id ferens, in oppositum affert Decretum S. R. C. in *Olomucen.* ad 2, quod exigit ut verba in cruce thurificanda incipiantur. Insuper contra universalem consuetudinem esse sustinet, ut verba proferantur, dum thus Reliquiis adhibetur. Sed nihil proficit, cum alii dicant Rubricas Missalis, dum verba proferuntur, non excipere Reliquiarum thurificationem. Quin imo explicite addunt, Cæremoniale Episcoporum docere, præfata verba etiam dum Reliquiis thus adhibetur, esse continuanda. Hinc quæritur :

1° *Utrum thurificatio altaris in solemniori Missa ex Apostolica nec ne traditione derivet?*

2° *Quomodo, Rubricis inspectis Missalis, et Cæremonialis Episcoporum, earumque communi interpretatione, nec non Decretis, verba distribuenda sint in thurificatione altaris?*

3° *Quid judicandum de consuetudine, et de rationibus a Caio allatis?*

XIV.

Die 11 Julii 1894, hora 6 a meridie.

Societas quædam religiosa, uniformitatis ergo in officii recitatione, petiit obtinuitque indultum a Sancta Sede, ut *integræ*

Societatis alumni, ad Horas Canonicas obligati, *ubique terrarum et gentium diffusi, Calendario Cleri sæcularis Urbis in omnibus se omnino conformarent*, propriis quibusdam festis exceptis, nonnullisque aliis locorum propriis, ubi degunt. Aliquibus autem abhinc annis dubium exortum est, num iidem alumni tenerentur ad mutationes, quæ post acceptum indultum in Calendario Cleri romani inducuntur, uti ad nova, quæ in illo inseruntur, officia, ad ritum festorum, qui aliquando elevatur, etc. Præterea putant aliqui, ad nonnulla festa Urbis omnino propria teneri quidem præfatos alumnos, non vero ad ritum, sub quo illa Clerus Romanus recolit : ex. gr. tenentur ad festum S. Philippi Nerii, sed sub ritu duplici minori : tenentur ad festum S. Catharinæ Senensis, sed sub eodem duplici minori ritu, quamvis pro Clero Urbis sint duplicia 2 classis. Quod alii tamen negant, sustinentes prædictos alumnos Calendario Urbis addictos, ad idem sequendum in omnibus teneri, cum in lege non habeatur distinctio. Quæritur :

1° *Qualenam Calendarium sequi Regulares generaliter debeant, ad quæ festa localia teneantur, et quibus de causis?*

2° *Si cuidam Societati indultum fuerit, ut particulare aliquod Calendarium sequatur, quo sensu intelligenda concessio?*

3° *Quinam ex diverse opinantibus, ut in casu exponitur, Indultum apprime interpretetur?*

XV.

Die 25 Julii 1894, hora 6 a meridie.

Habebitur sermo de laudibus S. Vincentii a Paulo, de Divinis inter Sacerdotes Collationum Institutoris, sub cujus auspiciis congregatur Cœtus noster.



CONFÉRENCES ROMAINES.

SOLUTIONS DES QUESTIONS DE MORALE.

Nous sommes heureux d'annoncer à nos lecteurs que le R. P. Lehmkuhl a bien voulu se charger de traiter dans cette Revue les Questions de morale posées dans les Conférences romaines pour l'année 1893-1894. L'autorité du R. P. Lehmkuhl est assez connue des lecteurs de la *Nouvelle Revue Théologique*, et nous n'avons point à faire ici son éloge. Nous donnons cette fois les Dissertations consacrées à l'étude des deux premières Conférences ; nous continuerons la publication dans les numéros suivants.

L'auteur a tenu à placer en tête de son travail la note suivante ; nous la répétons après lui.

Le titre de cet ouvrage en explique la destination. Nul n'ignore que les religieuses sont tenues à l'office du chœur : les novices doivent donc acquérir une connaissance suffisante des Rubriques pour comprendre les indications de l'*Ordo*, y suppléer au besoin, et se rendre compte de l'office qu'elles ont à réciter. Il était dès lors bien à propos de mettre en leurs mains un livre contenant des notions précises, courtes et pratiques, pour leur faciliter l'étude des Rubriques; et il fallait tenir compte des différents indults ou privilèges de l'Ordre du Carmel.

Nous croyons que cet ouvrage remplira bien ce double objet. Il est exact et précis ; il expose avec une grande clarté tout ce qu'il est essentiel de savoir, et ne se perd pas dans les détails inutiles ou dans les controverses qui pourraient jeter de la confusion dans les esprits.

Aux explications données dans le corps de l'ouvrage sur les privilèges et indults de l'Ordre du Carmel, on a ajouté la traduction des Rubriques générales de l'Ordre, imprimées au commencement du Propre des Bréviaires. Ces Rubriques ont été modifiées depuis la réforme des Rubriques du Bréviaire Romain, et sont en parfaite conformité avec les nouvelles Rubriques. Il est bon d'ajouter que, même dans le reste de l'ouvrage, quand on mentionne un indult ou un privilège spécial à l'Ordre des Carmes, cette mention est faite en termes tels qu'il n'y a pas moyen de s'y tromper et que ceux qui doivent s'en tenir purement et simplement aux rubriques générales du bréviaire, savent tout de suite discerner ce qu'ils ont à prendre et ce qui est particulier à l'Ordre.

De même, les décrets sur les fêtes primaires et secondaires, sur la translation de la fête de saint Joseph soit au lundi d'une semaine de Carême, soit au mercredi de la semaine de Quasimodo, en un mot les décrets les plus récents sont mentionnés dans l'ouvrage et y sont mentionnés à leur place.

L'ouvrage se termine par un Appendice intéressant, qui se partage en deux parties. Dans la première, on explique la manière de fixer, pour chaque année, la date de la fête de Pâques par la connaissance de la lettre dominicale, de l'Epacte et du nombre d'or, et aussi de trouver la lettre du martyrologe de l'année; dans la seconde, on commence par comparer les calendriers qui ont la même lettre dominicale, et ensuite, en récapitulant ce que cette comparaison apprend au lecteur, on en vient à comparer entre eux les calendriers qui ont des lettres dominicales différentes; on arrive ainsi à prévoir les principales difficultés qui se rencontrent dans la préparation des *Ordos* et à dire dans quelles années chacune se rencontre. La première partie de cet Appendice surtout se lit très facilement; on a eu soin d'éviter les termes scientifiques et de se borner aux notions essentielles.

En résumé, cet ouvrage mérite d'être connu, et peut rendre des services même en dehors de sa destination spéciale. Nous faisons des vœux pour qu'il se répande et que la première édition soit vite épuisée.



CONSULTATIONS.

CONSULTATION I.

Quel est le texte authentique de la prière *En ego, o bone Jesu?* Faut-il lire *tuo* ou *suo* dans la phrase : *Quod jam in ore ponebat... David?* Les deux textes présentent un sens bien différent, et il serait bien utile de savoir lequel il faut adopter.

Rép. — C'est *tuo* qu'il faut lire. L'édition de la *Raccolta* de 1887, dont le texte prévaut en cas de doute, porte *tuo*; la question est donc tranchée. Par conséquent, on doit corriger sans hésiter le texte et la traduction que nous avons donnée de cette prière dans notre traduction française de la *Raccolta*; nous ne nous expliquons pas comment nous avons laissé passer *suo* au lieu de *tuo* (1).

CONSULTATION II.

Le chapitre de X... n'a point accepté en 1883 les offices votifs accordés par le décret du 5 juillet, et sa délibération a été approuvée par l'Évêque. Un chanoine légitimement absent du chœur, par exemple, pendant ses vacances, peut-il réciter ces offices en particulier quand il lui plaît?

Rép. — Le chanoine légitimement absent du chœur est tenu de suivre l'*ordo* du chapitre, c'est-à-dire de dire l'office que le chapitre dit au chœur. Si, par exemple, le chapitre

(1) Au moment où nous corrigeons ces lignes, nous trouvons dans les *Analecta ecclesiastica* un décret qui tranche la question dans ce même sens; nous le publierons dans notre prochain numéro.

avait, par une concession légitime, des fêtes spéciales, le chanoine absent devrait les dire quand même. De même, si la cathédrale a un Titulaire qui ne soit pas honoré avec octave dans le diocèse, le chanoine absent durant cette octave ne peut pas faire abstraction du Titulaire pour suivre le calendrier du diocèse : il doit donc faire mémoire de l'octave, ou, si le jour est libre, en réciter l'office ; et si, dans le diocèse, un jour « infra octavam, » on fait de la férie, il ne peut réciter l'office de la férie, parce que ce n'est pas son office.

Ce principe admis, la réponse à la consultation est facile. Puisque le chapitre de X... n'a pas admis les offices votifs, ils ne constituent pas son office et n'ont pas place en son calendrier ; le chanoine absent ne peut les réciter ; il doit faire de la férie, du simple ou de la vigile occurrente, comme s'il était au chœur.

Cette réponse a pour elle une décision de la S. Congrégation des Rites que la Revue a publiée dans le temps (1). Il y est dit que les termes du décret de 1883, qui donnent la liberté de réciter ou de ne pas réciter un office votif, ne s'entendent que de la récitation privée et de *ceux qui ne sont tenus au chœur par aucun titre canonique* ; ils ne s'appliquent donc pas aux chanoines. Ceux-ci n'ont pas la liberté laissée aux ecclésiastiques qui ne sont pas obligés au chœur.

CONSULTATION III.

Cette année la fête du saint nom de Jésus tombait le 14 janvier. Devait-on, aux premières vêpres, faire mémoire du jour octave de l'Épiphanie ? N'y a-t-il pas *bis de eodem ?*

Rép. — La mémoire devait être faite. Nous ne voyons pas pourquoi il y aurait *bis de eodem* ; aussi De Carpo, dans

(1) *Nouv. Revue Théol.*, t. xv, page 318.

son *Calendarium perpetuum*, a-t-il bien soin d'indiquer cette mémoire (on sait que, par concession spéciale de Benoît XIII, la fète du Saint Nom de Jésus se célèbre chez les Observantins, non pas le second dimanche après l'Épiphanie, mais le 14 Janvier).

CONSULTATION IV.

Quæritur an clerici et religiosi qui Breviario Romano *non* utuntur, teneantur sub gravi privatim recitare Officium parvum B. M. V., Officium Defunctorum, Psalmos graduales et pœnitentiales iis diebus, quibus in rubricis præscribitur?

Ad quæstionem hanc bene intelligendam hæc adnotare juvat.

Inter auctores convenit :

1° Pro illis qui Breviario *Romano* utuntur, nullam omnino adesse obligationem dicta officia privatim recitandi. (Quæstio, ut patet, hic non est de Officio Defunctorum die 2ª Novembris.)

2° Neque pro iisdem existere obligationem prædicta officia in choro recitandi, excepto dumtaxat Officio parvo B. M. V. in iis ecclesiis, in quibus est illud dicendi consuetudo.

3° Illos qui Breviario *proprio* utuntur, obligari ad omnia prædicta officia in choro recitanda, si sit consuetudo illa dicendi.

Sed quæritur an illi qui proprio breviario utuntur, ut v. g. Dominicani et Carmelitæ, teneantur omnia prædicta officia privatim recitare, si adsit consuetudo illa dicendi in choro?

Lezana (*Summa quæstionum regularium*, cap. XII, 21 et 22) ad quæstionem hanc affirmative respondet, et citat pro sua sententia Suarez (t. 2, *De Relig.*, l. 4, *de Hor. Can.*, c. 13-25).

Alii auctores asserendo in genere ad prædicta officia recitanda extra chorum neminem teneri, illos qui *proprio* breviario utuntur, non excipiunt.

Cf. Clem. Marc, *Institutiones morales Alphonsianæ*, n. 2207.

Quid vobis ad quæstionem propositam respondendum videtur?

RÉP. Il y a un point sur lequel tous les auteurs sont

d'accord : c'est que le Souverain Pontife, S. Pie V, n'a nullement modifié, quant aux petits offices, dont il est question dans la Consultation, pour ceux qui n'adoptaient pas son Bréviaire, ce qui existait auparavant. « Hæc autem gratia, *dit avec raison Suarez*, seu abrogatio obligationis, illis tantum ecclesiis conceditur, quæ illo Breviario Romano utuntur : non vero illis quæ antiquum suum ritum retinent, juxta permissionem ejusdem Pii V ; nam illis nulla remissio fit. Quod patet primo ex verbis Constitutionis, in illa clausula, in qua hæc remissio fit.... Ergo tantum a Rubricis sui Breviarii illam vim obligandi aufert, et solum quoad utentes illis revocat obligationem etiam per antiquas consuetudines introductam quoad alias preces, seu officia parva, excepto officio Beatæ Virginis. Ergo ecclesiæ, quæ non gubernantur per Rubricas hujus Breviarii non possunt hac remissione uti. Secundo, est hoc consentaneum rationi : quia qui non suscipit onus, nec indulgentiam sentire debet, et ecclesiæ quæ antiquum usum retinere volunt, merito integram suam consuetudinem et ritum observare coguntur (1). »

Ce principe posé, Suarez et les autres auteurs en concluent qu'il faut consulter l'usage et les Statuts de chacun

(1) Suarez, *De Religione*, Tract. IV, lib. IV, cap. XIII, n. 14. — Cf. Salmanticenses, *Cursus Theologiæ moralis*, Tract. XVI, cap. I, n. 21 ; Pellizzarius, *Manuale Regularium*, Tract. V, cap. VIII, n. 48 ; Neusser, *Tractatus de horis canonicis*, Disput. XV, n. LXXVII, Resp. 2° ; Guyetus, *Heortologia*, Lib. IV, cap XIX, quæst. 5 ; Cap. XXIII, quæst. 9 ; Bonacina, *De horis canonicis*, Quæst. III, punct. I, n. 12 ; Lessius, *De justitia et jure*, Lib. II, cap. XXXVII, n. 76 ; Navarrus, *De oratione et horis canonicis*, Cap. X, n. 3 sq. ; Donatus, *Rerum regularium Praxis resolutoria*, Tom. IV, tract. XVIII, quæst. XLVIII, n. 2 ; Cavalieri, *Opera omnia liturgica*, Tom. II, cap. XLVI, Decret. IV, n. II ; Filliucius, *Morales quæstiones*, Tract. XXIII, n. 213 ; Rosignoli, *De ordinibus ecclesiasticis*, Part. II, quæst. VI, artic. XXVIII, n. 4 ; Politius, *Expositio regulæ Seraphici S. Francisci*, Cap. III, n. 17 ; Antonius a Spiritu Sancto, *Directorium Regularium*, Tract. II, Disp. II, n. 161.

des Ordres qui n'ont pas adopté le Bréviaire Romain. « In illis ergo ecclesiis, *conclut Suarez*, quæ Breviario Romano novo non utuntur, consulenda est consuetudo, vel formula recitandi, aut specialia statuta ; nam ex his pendet ea obligatio : universalis enim non est, nec fuit unquam : et cum proportione ad obligationem, erit judicium de culpa (1). » Lessius s'exprime presque de même : « Unde spectanda est, *dit-il*, consuetudo ecclesiarum, et quomodo ea censeatur ibidem recepta (2). »

De ces principes, il résulte que ceux qui usent d'un Bréviaire autre que le Bréviaire Romain, doivent examiner si, dans leur Ordre, une coutume légitime ou des statuts approuvés ont introduit l'obligation de dire les différents Offices dont il est question dans la Consultation.

Pour nous, nous n'avons pas tous les auteurs qui pourraient nous éclairer sur ce point. Voici ce que nous avons trouvé dans ceux que nous possédons.

La Théologie de Salamanque rédigée par les Carmes déchaussés atteste que chez eux existe la coutume de réciter au chœur l'Office de la sainte Vierge les jours de férie et de Saints simples (3).

De son côté, Donatus nous apprend que la récitation du Petit Office de la sainte Vierge n'est pas obligatoire dans son Ordre. « Igitur, *conclut-il*, officium parvum B. M. V. in Ordine nostro non est de præcepto, quod semper obligat,

(1) *Ibid.* — Lezana, à l'endroit cité par l'honorable Consultant, ne s'exprime pas autrement que Suarez ; car il dit, num. 21 : « Si in eorum Religionibus sit præceptum, aut consuetudo illud dicendi » et au n. 22 : « Religiosi autem non utentes Breviario Romano, sed alio particulari, prout sunt Carmelitæ, tenentur ad supradicta recitanda, si adsit præceptum, vel consuetudo in Religionibus ipsorum illa recitandi. »

(2) *Op. et loc. cit.*

(3) *Op. et loc. cit.*

sed de Ritu, qui est accessorius ad Constitutiones, quæ, sublato contemptu, libidine, et negligentia, non obligant ad culpam, sed ad pœnam in Constitutionibus taxatam (1). »

Il n'en est pas de même de l'Office des Morts, d'après le même auteur; il devait être dit une fois chaque semaine soit au chœur, soit en particulier, par tous les frères, selon que le prescrivaient les déclarations des Constitutions, où nous lisons : « Item declaramus, quod Fratres tenentur ex præcepto, semel in hebdomada, totum officium Defunctorum dicere, cum dici debet in ecclesia, omni antiqua consuetudine rationabiliter prætermissa (2). »

Quant aux autres Offices, dit Donatus, « In meo Ordine, non sunt de præcepto, sicut nec et Officium B. M. V., alias prædicta nostra Constitutio declarasset, prout declaravit de officio mortuorum (3). »

(1) *Op. cit.*, Tom. IV, tract. XVIII, quæst. XLVI, n. 5. — Il y a cependant un auteur du siècle dernier qui assure que le Général des Dominicains, nommé Antonin Cloche, a déclaré qu'ils étaient tenus de le réciter à ses jours, même hors du chœur. Gaudenzio da Brescia, *Lo Spirito della Serafica Regola*, Confer. IV, pag. 63.

(2) *Loc. cit.*, quæst. XLVII, n. 2.

(3) *Loc. cit.*, quæst. XLVIII, n. 2.



Les gérants : H. & L. CASTERMAN.

Tournai, typ. Casterman.

LETTRE APOSTOLIQUE DE SA SAINTETÉ.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

EPISTOLA APOSTOLICA.



PRINCIPIBUS POPULISQUE UNIVERSIS

LEO PP. XIII.

SALUTEM ET PACEM IN DOMINO.

Præclara gratulationis publicæ testimonia, quæ toto superiore anno, ob memoriam primordiorum episcopatus Nostri, undique accepimus, quæque proximo tempore insignis Hispanorum pietas cumulavit, hunc imprimis attulere Nobis lætitiæ fructum, quod in illa similitudine concordiaque voluntatum eluxit Ecclesiæ unitas, ejusque cum Pontifice maximo mira conjunctio. Videbatur per eos dies orbis catholicus, quasi rerum ceterarum cepisset oblivio, in ædibus Vaticanis obtutum oculorum animique cogitationem defixisse. Principum legationes, peregrinorum frequentia, plenæ amoris epistolæ, cæremoniæ sanctissimæ id aperte significabant, in obsequio Apostolicæ Sedis cor unum esse omnium catholicorum et animam unam. Quæ res hoc etiam accidit jucundior et gratior, quia cum consiliis cœptisque Nostris admodum congruens. Siquidem gnari temporum et memores

officii, in omni pontificatus Nostri cursu, hoc constanter spectavimus, atque hoc, quantum docendo agendoque potuimus, conati sumus, colligare Nobiscum arctius omnes gentes omnesque populos, atque in conspicuo ponere vim pontificatus romani, salutarem in omnes partes. Maximas igitur et agimus et habemus gratias primum quidem benignitati divinæ, cujus munere beneficioque id ætatis attigimus incolumes : deinde viris principibus, episcopis, clero, privatisque universis, quotquot multiplici testificatione pietatis et obsequii dedere operam ut personam ac dignitatem Nostram honore, Nosque privatim opportuno solatio afficerent.

Quamquam ad plenum solidumque solatium, multum sane defuit. Nam inter ipsas popularis lætitiæ studiique significationes, obversabatur animo multitudo ingens, in illo gestientium catholicorum consensu aliena, partim quod evangelicæ sapientiæ est omnino expers, partim quod, licet christiano initiata nomini, a fide catholica dissidet. Qua re graviter commovebamur, commovemur : neque enim fas est sine intimo doloris sensu cogitationem intendere in tantam generis humani partem longe a Nobis, velut itinere devio, digredientem. — Jamvero, cum Dei omnipotentis vices in terris geramus, qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, cumque Nos et sera ætas et amara curarum ad humanum urgeant exitum, visum est redemptoris magistrique nostri Jesu Christi in eo imitari exemplum, quod proxime ad cælestia rediturus summis precibus a Deo Patre flagitavit, ut alumni sectatoresque sui et mente et animo unum fierent : *Rogo.... ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint* (1). Quæ quidem precatio obsecratioque divina quoniam non eos tantum complectitur qui tunc in Jesum Christum crederent, sed etiam quotquot credituri reliquo tempore essent, idcirco dat illa Nobis causam non ineptam aperiendi fidenter vota Nostra, conandique, quoad possumus, ut homines, nullo generis locorumve

(1) Joan. XVII, 20-21.

discrimine, ad fidei divinæ unitatem vocentur atque incitentur universi.

Urgente propositum caritate, quæ illuc accurrit celerius, ubi opitulandi necessitas major, primum quidem provolat animus ad gentes omnium miserrimas, quæ Evangelii lumen vel nullo modo acceperunt, vel acceptum, incuria seu longinquitate, restinxerunt : proptereaque Deum ignorant, et in summo errore versantur. Quoniam salus omnis a Jesu Christo proficiscitur, *nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo nos oporteat salvos fieri* (1), votorum Nostrorum hoc est maximum, posse sacrosancto Jesu nomine cunctas terrarum plagas celeriter imbui atque compleri. Qua in re munus efficere sibi demandatum a Deo Ecclesia quidem nullo tempore prætermisit. Quid enim undeviginti sæcula laboravit, quid egit studio constantiaque majore, quam ut ad veritatem atque instituta christiana gentes adduceret? Hodieque frequenter maria transmittunt, ad ultima loca progressuri, ex auctoritate Nostra præcones Evangelii : quotidieque a Deo contendimus ut multiplicare benigne velit sacrorum administros, dignos munere apostolico, qui scilicet commoda sua et incolumitatem et vitam ipsam, si res postulaverit, pro Christi regno amplificando non dubitent devovere.

Tu vero propera, humani generis servator et parens Jesu Christe : exequi ne differas quod olim te dixisti facturum, ut cum exaltatus esses a terra, omnia traheres ad te ipsum. Ergo illabere aliquando, atque ostende te multitudini infinitæ, beneficiorum maximorum, quæ cruore tuo peperisti mortalibus, adhuc experti : excita sedentes in tenebris et umbra mortis, ut radiis illustrati sapientiæ virtutisque tuæ, in te et per te sint *consummati in unum*.

Cujus quidem unitatis sacramentum cogitantibus, occurrit Nobis universitas populorum, quos ab erroribus diuturnis ad evangelicam sapientiam divina pietas jamdiu traduxit. Nihil profecto ad recordationem jucundius, neque ad laudem provi-

(1) Act. IV, 12.

dentissimi numinis præclarius veterum memoria temporum, cum fides divinitus accepta patrimonium commune atque individuum vulgo habebatur : cum excultas humanitate gentes, locis, ingenio, moribus dissitas, licet aliis de rebus sæpe dissiderent, dimicarent, nihilominus in eo, quod ad religionem pertinet, fides christiana universas conjugabat. Ad hujus recordationem memoriæ, nimis ægre fert animus, quod successu ætatum, suspicionibus inimicitiisque commotis, magnas ac florentes nationes de sinu Ecclesiæ romanæ male auspicata tempora abstraxerint. Utcumque sit, Nos quidem gratia confisi misericordiaque omnipotentis Dei, qui novit unus opitulandi maturitates, et cujus in potestate est eo, quo vult, voluntates hominum flectere, ad eas ipsas nationes adjicimus animum, easdemque caritate paterna hortamur atque obsecramus, ut redire, compositis dissidiis, velint ad unitatem.

Ac primo peramanter respicimus ad Orientem, unde in orbem universum initio profecta salus. Videlicet expectatio desiderii Nostri jucundam spem inchoare jubet, non longe abfore ut redeant, unde discessere, fide avita gloriaque vetere illustres, Ecclesiæ orientales. Eo vel magis quod non ingenti discrimine sejunguntur : imo, si pauca excipias, sic cetera consentimus, ut in ipsis catholici nominis vindiciis non raro ex doctrina, ex more, ex ritibus, quibus orientales utuntur, testimonia atque argumenta promamus. Præcipuum dissidii caput, de romani Pontificis primatu. Verum respiciant ad initia, videant quid majores senserint sui, quid proxima originibus ætas tradiderit. Inde enimvero illud Christi divinum testimonium, *Tu es Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,* luculenter extat de romanis pontificibus comprobatum. Atque in Pontificum numero lectos ex Oriente ipso non paucos prisca vidit ætas, imprimisque Anacletum, Evaristum, Anicetum, Eleutherium, Zosimum, Agathonem : quorum plerisque contigit, ut universæ christianæ reipublicæ administrationem sapienter sancteque gestam, profuso etiam sanguine consecrarent. — Plane liquet quo tempore, qua causa, quibus auctoribus infelix excitata discor-

dia. Ante illud tempus, quo tempore homo separavit quod Deus conjunxerat, sanctum erat apud omnes christiani orbis gentes Sedis Apostolicæ nomen, romanoque Pontifici, ut beati Petri successori legitimo, ob eamque rem Jesu Christi in terris vicario, Oriens pariter atque Occidens consentientibus sententiis sine ulla dubitatione parebant. — Hanc ob causam, si respiciatur ad initia dissidii, Photius ipse oratores de rebus suis Romam destinandos curavit : Nicolaus vero I Pontifex maximus Constantinopolim legatos suos, nullo contra dicente, ab Urbe misit, *ut Ignatii Patriarchæ causam diligenter investigarent, et Sedi Apostolicæ plenis ac veracibus referrent indiciis* : ita ut tota rei gestæ historia primatum romanæ Sedis, quacum dissensus tum erumpebat, aperte confirmet. — Denique in Conciliis magnis tum Lugdunensi II, tum Florentino, supremam romanorum pontificum potestatem nemo ignorat, facili consensione et una omnes voce, latinos græcosque ut dogma sanxisse.

Ista quidem ob hanc rem consulto revocavimus, quia ad reconciliandam pacem velut invitamenta sunt : eo vel magis, quod hoc tempore perspicere in orientalibus videmur multo mitiorem erga catholicos animum, imo propensionem quamdam benevolentis voluntatis. Id nominatim non multo ante apparuit, cum scilicet nostris, pietatis causa in Orientem advectis, egregia humanitatis amicitiæque præstita officia vidimus. — Itaque *os Nostrum patet ad vos*, quotquot estis, græco aliove orientali ritu, Ecclesiæ catholicæ discordes. Magnopere velimus, reputet unusquisque apud se illam Bessarionis ad patres vestros plenam amoris gravitatisque orationem : *Quæ nobis relinquetur apud Deum responsio, quare a fratribus divisi fuerimus, quos ut uniret et ad unum ovile redigeret, ipse descendit de cœlo, incarnatus et crucifixus est? quæ nostra defensio erit apud posteros nostros? non patiamur hæc, Patres optimi : non habeamus hanc sententiam, non ita male nobis consulamus et nostris.* — Quæ sint postulata Nostra, probe per se ipsa et coram Deo perpendite. Nulla quidem humana re, sed caritate divina, communisque salutis studio permoti, reconciliationem

conjunctionemque cum Ecclesia romana suademus : conjunctionem intelligimus plenam ac perfectam : talis enim esse nullo modo potest ea, quæ nihil amplius inducat, quam certam aliquam dogmatum credendorum concordiam fraternæque caritatis commutationem. Vera conjunctio inter christianos est, quam auctor Ecclesiæ Jesus Christus instituit voluitque, in fidei et regiminis unitate consistens. Neque est cur dubitetis, quidquam propterea vel Nos vel successores Nostros de jure vestro, de patriarchalibus privilegiis, de rituali cujusque Ecclesiæ consuetudine detracturos. Quippe hoc etiam fuit, idemque est perpetuo futurum in consilio disciplinaque Apostolicæ Sedis positum, propriis cujusque populi originibus moribusque ex æquo et bono non parce tribuere. — At vere redintegrata nobiscum communione, mirum profecto quanta Ecclesiis vestris dignitas, quantum decus, divino munere, accedet. Sic igitur vestram ipsorum supplicationem Deus perbenigne audiat, *Fac cessent schismata ecclesiarum* (1), atque, *Congrega dispersos et reduc errantes, et conjunge sanctæ tuæ catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ* (2) : sic ad illam restituamini unam sanctamque fidem, quam ultima vetustas nobis perinde vobisque constantissime tradidit ; quam patres ac majores vestri inviolate servarunt : quam ipsam splendore virtutum, magnitudine ingenii, excellentia doctrinæ certatim illustravere Athanasius, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Joannes Chrysostomus, uterque Cyrillus, aliique magni complures, quorum gloria ad Orientem atque Occidentem, tamquam communis hereditas æque pertinet.

Vosque nominatim compellare hoc loco liceat, Slavorum gentes universæ, quarum claritudinem nominis multa rerum gestarum monumenta testantur. Nostis quam egregie de Slavis meruerint sancti in fide patres Cyrillus et Methodius, quorum memoriam Nosmetipsi honore debito augendam aliquot ante

(1) Παῦσον τὰ σχίσματα τῶν ἐκκλησιῶν (In liturg. S. Basilii).

(2) Τοὺς ἐσκορπισμένους ἐπισυνάγαγε, τοὺς πεπλανημένους ἐπανάγαγε, καὶ σύναψον τῇ ἁγίᾳ σου καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ (Ib.).

annis curavimus. Eorum virtute et laboribus parta plerisque e genere vestro populis humanitas et salus. Quo factum ut Slavoniam inter et romanos pontifices pulcherrima vicissitudo hinc beneficiorum, illinc fidelissimæ pietatis diu extiterit. Quod si majores vestros misera temporum calamitas magnam partem a professione romana alienavit, considerate quanti sit redire ad unitatem. Vos quoque Ecclesia pergit ad suum revocare complexum, salutis, prosperitatis, magnitudinis præsidium multiplex præbitura.

Caritate non minore ad populos respicimus, quos, recentiore memoria, insolita quædam rerum temporumque conversio ab Ecclesia romana sejunxit. Variis exactorum temporum casibus oblivione dimissis, cogitationem supra humana omnia erigant, animoque veritatis et salutis unice cupido, reputent apud se constitutam a Christo Ecclesiam. Quacum si velint congregationes conferre suas, et quo loco in illis religio sit æstimare, facile dabunt, se quidem multis maximisque in rebus, primordiorum oblitos, ad nova errore vario defluxisse; neque diffitebuntur, ex eo velut patrimonio veritatis, quod novarum rerum auctores secum in secessione avexerant, nullam fere formulam fidei certam atque auctoritate præditam apud ipsos superesse. Immo vero illuc jam deventum, ut multi non vereantur fundamentum ipsum convellere, in quo religio tota et spes omnis mortalium unice nititur, quod est divina Jesu Christi Servatoris natura. Pariter, quos antea novi veterisque Testamenti libros affirmabant divino afflatu conscriptos, eis nunc talem abnegant auctoritatem : quod sane, data cuilibet potestate interpretandi sensu judicioque suo, omnino consequi erat necesse. — Hinc sua cujusque conscientia, sola dux et norma vitæ, qualibet alia rejecta agendi regula : hinc pugnantes inter se opiniones et sectæ multiplices, eædemque persæpe in *naturalismi* aut *rationalismi* placita abeuntes. Quocirca, desperato sententiarum consensu, jam conjunctionem prædicant et commendant fraternæ caritatis. Atque id sane vere : quandoquidem caritate mutua conjuncti esse universi debemus. Id enim maxime Jesus Christus præcepit,

atque hanc voluit esse sectatorum suorum notam, diligere inter se. Verum qui potest copulare animos perfecta caritas, si concordes mentes non effecerit fides? — His de causis complures eorum de quibus loquimur, sano judicio, veritatisque studiosi, certam salutis viam in Ecclesia catholica quæsivere, cum plane intelligerent nequaquam se posse cum Jesu Christo tamquam capite esse conjunctos, cujus non adhærescerent corpori, quod est Ecclesia : nec sinceram Christi fidem adipisci, cujus magisterium legitimum, Petro et successoribus traditum, repudiarent. Ii videlicet in Ecclesia romana expressam veræ Ecclesiæ speciem atque imaginem dispexere, inditis ab auctore Deo notis plane conspicuam : ideoque in ipsis numerantur multi, acri judicio subtilique ad antiquitatem excutiendam ingenio, qui Ecclesiæ romanæ ab Apostolis continuationem, dogmatum integritatem, disciplinæ constantiam scriptis egregiis illustrarint. Igitur horum virorum proposito exemplo, compellat vos plus animus quam oratio, fratres nostri, qui tria jam sæcula nobiscum de fide christiana dissidetis, itemque vos, quotcumque deinceps quavis de causa seorsum a nobis abiistis. *Occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis filii Dei* (1). Ad hanc unitatem, quæ nullo tempore Ecclesiæ catholicæ defuit, nec potest ulla ratione deesse, sinite ut vos invitemus, dextramque peramanter porrigamus. Vos Ecclesia, communis parens, jamdiu revocat ad se, vos catholici universi fraterno desiderio expectant, ut sancte nobiscum colatis Deum, unius Evangelii, unius fidei, unius spei professione in caritate perfecta conjuncti.

Ad plenum optatissimæ unitatis concentum, reliquum est ut ad eos, quotquot toto orbe sunt, transgrediatur oratio, quorum in salute diu evigilant curæ cogitationesque Nostræ : catholicos intelligimus, quos romanæ professio fidei uti obedientes facit Apostolicæ Sedi, ita tenet cum Jesu Christo conjunctos. Non ii quidem ad veram sanctamque unitatem cohortandi, quippe cujus jam sunt, divina bonitate, compotes : monendi tamen ne, ingra-

(1) Eph. IV, 13.

vantibus undique periculis, summum Dei beneficium socordia atque ignavia corrumpant. — Hujus rei gratia, quæ Nosmetipsi gentibus catholicis vel universis vel singulis alias documenta dedimus, ex iis cogitandi agendique normam opportune sumant : illudque imprimis velut summam sibi legem statuant, magisterio auctoritatique Ecclesiæ non anguste, non diffidenter, sed toto animo et perlibente voluntate omnibus in rebus esse parendum. — Qua in re animum advertant, illud quam valde sit unitati christianæ perniciosum, quod germanam formam notionemque Ecclesiæ varius opinionum error passim obscuravit, delevit. Ea quippe, Dei conditoris voluntate ac jussu, societas est genere suo perfecta; cujus officium ac munus est imbuere præceptis institutisque evangelicis genus humanum, tuendaque integritate morum et christianarum exercitatione virtutum, ad eam, quæ unicuique hominum proposita in cælis est, felicitatem adducere. Quoniamque societas est, uti diximus, perfecta, idcirco vim habet virtutemque vitæ, non extrinsecus haustam, sed consilio divino et suapte natura insitam : eademque de causa nativam habet legum ferendarum potestatem, in iisque ferendis rectum est eam subesse nemini : itemque aliis in rebus, quæ sint juris sui, oportet esse liberam. Quæ tamen libertas non est ejusmodi, ut ullum det æmulationi invidiæque locum : non enim potentiam consectatur Ecclesia, neque ulla cupiditate sua impellitur, sed hoc vult, hoc expetit unice, tueri in hominibus officia virtutum, et hac ratione, hac via, sempiternæ eorum saluti consulere. Ideoque facilitatem indulgentiamque maternam adhibere solet : imo etiam non raro contingit, ut plura temporibus civitatum tribuens, uti jure suo abstineat : quod sane pacta ipsa abunde testantur cum imperiis sæpe conventa. — Nihil magis ab ea alienum, quam rapere ad se quicquam de jure imperii : sed vicissim vereatur imperium necesse est jura Ecclesiæ, caveatque ne ullam ex iis partem ad se traducat. — Nunc vero, si res et facta spectentur, cujusmodi est temporum cursus? Ecclesiam videlicet suspectam habere, fastidire, odisse, invidiose criminari nimis multi consuevere : quodque multo gravius, id agunt omni

ope et contentione, ut ditioni gubernatorum civitatis faciant servientem. Hinc sua ipsi et erepta bona, et deducta in angustum libertas : hinc alumnorum sacri ordinis circumjecta difficultatibus institutio : perlatæ in Clerum singulari severitate leges : dissolutæ, prohibitæ, optima christiani nominis præsidia, religiosorum sodalitates : brevi, *regalistarum* præcepta atque acta acerbius renovata. Hoc quidem est vim afferre sanctissimis Ecclesiæ juribus : quod maxima gignit civitatibus mala, propterea quod cum divinis consiliis aperte pugnat. Princeps enim atque opifex mundi Deus, qui hominum congregationi et civilem et sacram potestatem providentissime præposuit, distinctas quidem permanere eas voluit, at vero sejunctas esse et confligere vetuit. Quin immo cum Dei ipsius voluntas, tum commune societatis humanæ bonum omnino postulat, ut potestas civilis in regendo gubernandoque cum ecclesiastica conveniat. Hinc sua et propria sunt imperio jura atque officia, sua item Ecclesiæ : sed alterum cum altera concordiæ vinclo colligatum esse necesse est. — Ita sane futurum, ut Ecclesiæ imperiique necessitudines mutuæ ab illa sese expediant perturbatione, quæ nunc est, non uno nomine improvida, bonisque omnibus permolesta : pariterque impetrabitur, ut non permixtis, neque dissociatis utriusque rationibus, reddant cives *quœ sunt Cœsaris, Cœsari, quœ sunt Dei, Deo.*

Simili modo magnum unitati discrimen ab ea hominum secta impendet, quæ *Massonica* nominatur, cujus funesta vis nationes præsertim catholicas jamdiu premit. Turbulentorum temporum nacta favorem, viribusque et opibus et successu insolescens, dominatum suum firmius constabilire, latiusque propagare summa ope contendit. Jamque ex latebra et insidiis in lucem erupit civitatum, atque in hac Urbe ipsa, catholici nominis principe, quasi Dei numen lacessitura consedit. Quod vero calamitosissimum est, ubicumque vestigium posuit, ibi in omnes sese ordines in omniaque instituta reipublicæ infert, si tandem summam arbitriumque obtineat. Calamitosissimum id quidem : ejus enim manifesta est quum opinionum pravitas tum consilio-

rum nequitia. Per speciem vindicandi juris humani civilisque societatis instaurandæ, christianum nomen hostiliter petit : traditam a Deo doctrinam repudiat : officia pietatis, divina sacramenta, tales res augustiores, tamquam superstitiosa vituperat : de matrimonio, de familia, de adolescentium institutione, de privata omni et publica disciplina, christianam formam detrahere nititur, omnemque humanæ et divinæ potestatis reverentiam ex animo evellere populorum. Præcipit vero colendam homini esse naturam, atque hujus unius principiis æstimari ac dirigi veritatem, honestatem, justitiam oportere. Quo pacto, uti perspicuum est, compellitur homo ad mores fere vitæque consuetudinem ethnicorum, eamque multiplicatis illecebris vitiosiorem. — Hac de re, quamquam alias a Nobis gravissimeque est dictum, Apostolica tamen vigilantia adducimur in idem ut insistamus, etiam atque etiam monentes, in tam præsenti periculo nullas esse cautiones tantas, quin suscipiendæ sint majores. Clemens prohibeat Deus nefaria consilia : sentiat tamen atque intelligat populus christianus, indignissimum sectæ jugum excutiendum aliquando esse : excutiantque enixius, qui durius premuntur, Itali et Galli. Quibus armis, qua ratione id rectius possint, jam Nos ipsi demonstravimus : neque victoria incerta eo fidentibus duce, cujus perstat divina vox : *Ego vici mundum* (1).

Utroque depulso periculo, restitutisque ad fidei unitatem imperiis et civitatibus, mirum quam efficax medicina malorum et quanta bonorum copia manaret. Præcipua libet attingere.

Pertinet primum ad dignitatem ac munera Ecclesiæ : quæ quidem receptura esset honoris gradum debitum, atque iter suum et invidia vacuum et libertate munitum pergeret, administra evangelicæ veritatis et gratiæ; idque singulari cum salute civitatum. Ea enim cum magistra sit et dux hominum generi a Deo data, conferre operam potest præcipue accommodatam maximis temporum conversionibus in commune bonum temperandis, causis vel impeditissimis opportune dirimendis, recto

(1) Jo. xvi, 33.

justoque, quæ firmissima sunt fundamenta reipublicæ, provehendo.

Præclara deinde conjunctionis inter nationes accessio fieret, desideranda maxime hoc tempore, ad tætra bellorum discrimina præcavenda. — Ante oculos habemus Europæ tempora. Multos jam annos plus specie in pace vivitur, quam re. Insidentibus suspicionibus mutuis, singulæ fere gentes pergunt certatim instruere sese apparatu bellico. Improvida adolescentium ætas procul parentum consilio magisterioque in pericula truditur vitæ militaris : validissima pubes ab agrorum cultura, a studiis optimis, a mercaturis, ab artificiis, ad arma traducitur. Hinc exhausta magnis sumptibus æraria, attritæ civitatum opes, afflicta fortuna privatorum : jamque ea, quæ nunc est, veluti procincta pax diutius ferri non potest. Civilis hominum conjunctionis talemne esse natura statum? Atqui hinc evadere, et pacem veri nominis adipisci, nisi Jesu Christi beneficio, non possumus. Etenim ad ambitionem, ad appetentiam alieni, ad æmulationem cohibendam, quæ sunt maximæ bellorum faces, christiana virtute imprimisque justitia, nihil est aptius : cujus ipsius virtutis munere tum jura gentium et religiones fœderum integra esse possunt, tum germanitatis vincula firmiter permanere, eo persuaso : *Justitia elevat gentem* (1).

Pariter domi suppetet inde præsidium salutis publicæ multo certius ac validius, quam quod leges et arma præbent. Siquidem nemo non videt, ingravescere quotidie pericula incolumitatis et tranquillitatis publicæ, cum seditiosorum sectæ, quod crebra testatur facinorum atrocitas, in eversiones conspirent atque excidia civitatum. Scilicet magna contentione agitatur ea duplex causa, quam *socialem*, quam *politicam* appellant. Utraque sane gravissima : atque utrique sapienter justeque dirimendæ, quamvis laudabilia studia, temperamenta, experimenta sint in medio consulta, tamen nihil aliud tam opportunum fuerit, quam si passim animi ad conscientiam regulamque officii ex interiore

(1) Prov. xiv, 34.

fidei christianæ principio informentur. — De *sociali* causa in hanc sententiam a Nobis non multo ante, data opera, tractatum est, sumptis ab Evangelio, itemque a naturali ratione principiis. De causa *politica*, libertatis cum potestate conciliandæ gratia, quas multi notione confundunt et re intemperanter distrahunt, ex christiana philosophia vis derivari potest perutilis. Nam hoc posito, et omnium assensu approbato, quæcumque demum sit forma reipublicæ, auctoritatem esse a Deo, continuo ratio perspicit, legitimum esse in aliis jus imperandi, consentaneum in aliis officium parendi, neque id dignitati contrarium, quia Deo verius quam homini paretur : a Deo autem *judicium durissimum iis qui præsunt* denuntiatum est, nisi personam ejus recte justeque gesserint. Libertas vero singulorum nemini potest esse suspecta et invisa, quia nocens nemini, in iis quæ vera sunt, quæ recta, quæ cum publica tranquillitate conjuncta, versabitur. — Denique si illud spectetur, quid possit populorum ac principium parens et conciliatrix Ecclesia, ad utrosque juvandos auctoritate consilioque suo nata, tum maxime apparebit quantum salutis communis intersit ut gentes universæ inducant animum idem de fide christiana sentire, idem profiteri.

Ista quidem cogitantes ac toto animo concupiscentes, longe intuemur qualis esset rerum ordo in terris futurus, nec quidquam novimus consequentium bonorum contemplatione jucundius. Fingi vix animo potest, quantus ubique gentium repente foret ad omnem excellentiam prosperitatemque cursus, constituta tranquillitate et otio, incitatis ad incrementa litteris, conditis insuper auctisque christiano more, secundum præscripta Nostra, agricolarum, opificum, industriorum consociationibus, quarum ope et vorax reprimatur usura, et utilium laborum campus dilatetur.

Quorum vis beneficiorum, humanarum atque excultarum gentium nequaquam circumscripta finibus, longe lateque, velut abundantissimus amnis, deflueret. Illud enim est considerandum, quod initio diximus, gentes multitudine infinitas plura jam sæcula et ætates præstolari, a quo lumen veritatis huma-

nitatisque accipiant. Certe, quod pertinet ad sempiternam populorum salutem, æternæ mentis consilia longissime sunt ab hominum intelligentia remota : nihilominus si per varias terrarum plagas tam est adhuc infelix superstitio diffusa, id non minima ex parte vitio dandum subortis de religione dissidiis. Nam, quantum valet mortalis ratio ex rerum eventis existimare, hoc plane videtur Europæ munus assignatum a Deo, ut christianam gentium humanitatem ad omnes terras sensim perferat. Cujus tanti operis initia progressusque, superiorum ætatum parta laboribus, ad læta incrementa properabant, cum repente discordia sæculo XVI deflagravit. Discerpto disputationibus dissidiisque nomine christiano, extenuatis Europæ per contentiones et bella viribus, funestam temporum vim sacræ expeditiones sensere. Insidentibus discordiæ causis, quid mirum si tam magna pars mortalium moribus inhumanis et vesanis ritibus implicita tenetur? Omnes igitur pari studio demus operam ut concordia vetus, communis boni causa restituatur. Ejusmodi reconciliandæ concordiæ, pariterque beneficiis christianæ sapientiæ late propagandis, opportuna maxime fluunt tempora, propterea quod humanæ fraternitatis sensa nunquam altius in animos pervasere, neque ulla ætate visus homo sui similes, noscendi opitulandique causa, studiosius anquirere. Immensos terrarum marisque tractus celeritate incredibili currus et navigia transvehuntur ; quæ sane egregios usus afferunt, non ad commercia tantummodo curiositatemque ingeniosorum, sed etiam ad verbum Dei ab ortu solis ad occasum late disseminandum.

Non sumus nescii, quam diuturni laboriosique negotii sit rerum ordo, quem restitutum optamus : nec fortasse deerunt, qui Nos arbitrentur nimiæ indulgere spei, atque optanda magis, quam expectanda quærere. Sed Nos quidem spem omnem ac plane fiduciam collocamus in humani generis Servatore Jesu Christo, probe memores, quæ olim et quanta per stultitiam Crucis et prædicationis ejus patrata sint, *hujus mundi* obstupescente et confusa *sapientia*. — Principes vero et rectores civitatum nominatim rogamus, velint pro civili prudentia sua et

fideli populorum cura consilia Nostra ex veritate æstimare, velint auctoritate et gratia fovere. Quæsitorum fructuum si vel pars provenerit, non id minimi fuerit beneficii loco in tanta rerum omnium inclinatione, quando impatientia præsentium temporum cum formidine jungitur futurorum.

Extrema sæculi superioris fessam cladibus trepidamque perturbationibus Europam reliquere. Hæc, quæ ad exitum properat ætas, quidni, versa vice, humano generi hereditate transmittat auspicia concordiæ cum spe maximorum bonorum, quæ unitate fidei christianæ continentur?

Adsit optatis votisque Nostris *dives in misericordia Deus, cujus in potestate tempora sunt et momenta*, benignissimeque implere maturet divinum illud Jesu Christi promissum, *fiet unum ovile et unus pastor* (1).

Datum Romæ apud S. Petrum die XX Junii anno MDCCCXCIV, Pontificatus Nostri decimo septimo.

LEO PP. XIII.

(1) Joann. x, 16.



BREF DE SA SAINTETÉ.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII

EPISTOLA AD ARCHIEPISCOPUM LIMANUM
CETEROSQUE PERUVIÆ EPISCOPOS.



Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Limano ceterisque Peruviæ Episcopis

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Inter graves ac multiplices curas quibus, ex supremi Apostolatus munere, assidue distinemur ac premimur, litteras officii plenas libenti animo accepimus, quas Vos, Venerabiles Fratres, post celebratos in Limensi urbe conventus, ad Nos dedistis. — Eas equidem perlegentes, pro paterna, quam in vos retinemus gentemque vestram, caritate, delectati magnopere sumus de iterato erga Nos et hanc Beati Petri Sedem amoris fideique testimonio; maxime vero gavisi de concordi studio, quo Nostris optatis obsecundantes coivistis simul ad summa religionis negotia tractanda et ad mores optimos in grege provehendos, quem *Spiritus Sanctus posuit vos regere* (1).

Probamus certe admodum, Venerabiles Fratres, hanc volun-

(1) Act. xx, 28.

tatem, quæ pastoralem curam vestram ostendit, ut commissi vobis fideles in catholici nominis sinceritate persistant. — Placet nihilominus nova veluti currentibus addere incitamenta, ut ea nempe, quam iniistis, via pergentes strenui, cœtus hujusmodi, pro rerum opportunitate ac necessitate, frequentetis. Persuasum etenim Nobis est, ex perpetuo Ecclesiæ more ac sententia, quod ediximus pluries, longe validius adversus gliscentes et invalescentes circumquaque errores pugnatum iri, ac religionis sanctissimæ rationibus securius firmiusque prospectum, si collatis consiliis communicatisque propositis, sacrorum Antistites arctius inter se jungantur.

Harum vero congressionum quo ampliores habeantur fructus et largiora inde in gentem vestram commoda deriventur, ex Nostra religiosarum rerum, ut in Peruvia, notitia, et ex ardenti quo tenemur desiderio, catholicum nomen apud vos lætiora in dies capere incrementa; libet, Venerabiles Fratres, quædam enucleatius commendasse vobis, ad quæ sollicitos præ ceteris intendatis animos. Ea quippe sunt, quæ apprime valent ad fidei viam muniendam et ad Ecclesiæ efficacitatem explicandam; quæ Nos idcirco, et crebris editis communibus documentis, et singularibus ad Episcopos datis litteris, inculcare nunquam destitimus.

Quod primum igitur est, eo studiorum vestrorum spectabunt præcipua, ut opportuna adjumenta excogitetis quibus in alumnis sacri ordinis, non modo disciplina morum servetur sancte, verum etiam doctrinarum acquirendarum stet vivax ardor; quo fiat, ut quæ inter ephebos in spem Ecclesiæ succrescentes inclinari forte ac languescere videntur studia, in eum adducantur splendorem, quem Nos jure optamus, quemque religionis expetunt tempora. Nostis enim, Venerabiles Fratres, id fuisse Dei providentis consilium, ut, quo primum pacto fortissimis martyribus usus est ad apertam tyrannorum vim sævitiamque frangendam, ita ut martyrum sanguinem semen christianorum faceret; eodem pacto viros insigni sapientia nullo non tempore destinarit, qui veritatis thesauros, quos Unigenitus Filius e sinu Patris in ter-

ras detulit et Ecclesiæ concreditos voluit, non sacra solum auctoritate, sed vel humanæ rationis præsidiis tuerentur. Nunc autem, quum perversarum opinionum contagione infecta et corrupta sint omnia, ac, specie progredientis doctrinæ, sapientiæ a Deo traditæ obsistatur maxime et repugnetur; pronum est intelligere, iis defensoribus opus esse, qui omnigeno armorum genere e scientiis deprompto, *parati semper* (1) sint, uti monet Apostolus, *ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea, quæ in nobis est, spe; et exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt arguere* (2). In moderanda vero pro seminariis vestris ratione studiorum, vobis, Venerabiles Fratres, ob oculos esse volumus quæ Nosmet encyclicis litteris ea de re præscripsimus. Ut nempe in philosophicis doctrinis tradendis maximus Angelico Doctori Thomæ Aquinati habeatur honos, et quæ ex hujus voluminibus jugi et prædivite vena dimanat sapientia, ab romanis Pontificibus perpetuis honestata laudibus, studiosæ juventuti large effuseque impertiatur. Tum physicarum doctrinarum studia ne negligantur; nam, præterquamquod tanto nunc sunt in pretio, inde potissimum catholicorum dogmatum osores argumenta petunt ad illorum veritatem debilitandam : quapropter cavendum ne in sacro Ordine desiderentur qui, ad hujusmodi bellum prudentes, eisdem ipsorum armis adversarios homines evertant, errores refellant. Demum quæ nuper de Biblicis studiis excolendis ediximus, religiose custodiantur. Hæc si præstabitis, et Clerus florebit honore suo et Ecclesiæ laus manebit, quæ semper optimorum studiorum fautrix et altrix est habita vereque habenda est; vobis præterea idonei homines præsto erunt, qui, vocati in partem ministerii vestri, magno vobis erudiendis populis pietatique fovendæ usui futuri sint et adjumento.

Jam alterum, quod vobis intime volumus commendatum, illud est, ut curiones parœciis regundis præficiantur quam qui optimi. Etenim qui ad hoc munus, honore quidem et auctoritate plenum

(1) Petr. III, 15. (2) Tit. I, 9.

et salebris curisque plenius, provehuntur, ii sunt, quos sibi Episcopi pastoralis sollicitudinis socios adjungunt, quibusque præcipuis utuntur adjutoribus *ad informationem eorum qui Christo credunt in vitam æternam* (1). Curiones namque sibi Christus assumit ut vigilias fideles agitent, ne populus Dei sanctus impressione hostium periclitetur ac detrimentum capiat. Animarum veluti patres constituuntur, quæ ad imaginem Conditoris factæ (2), *emptæ sunt Deo et Agno, non corruptibilibus auro vel argento, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi* (3); eas igitur *iterum parturiant* oportet, *donec formetur Christus in illis* (4). Pastores sunt, qui, nisi in mercenariis censeri malint, debent oves suas agnoscere, verbi Dei pabulo nutrire, sacramentorum præsidio instruere; factique ipsi forma gregis, *habentes mysterium verbi in conscientia pura* (5), sic plebem creditam moderentur, ut Apostoli verba usurpare possint : *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi* (6). Postremo angelorum loco habentur merito, quos mittit Deus ante populum suum *ut custodiant illum in via* (7), ac medios per hostes *introducant in locum quem paravit*, civitatem sanctam Hierusalem, *paratam revelari in nobis in tempore novissimo* (8). Hæc quum ita sint, videtis, Venerabiles Fratres, quanta vobis industria sit opus in curionibus deligendis, quanta quamque assidua vigilantia ad eosdem in officio continendos. Homines esse tales necesse est, quibus ea Domini congruant : *Vos estis lux mundi, vos estis sal terræ* (9); caritate igitur et animarum studio incensos, qui non quærant quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi, parati labores perpeti ac porro animam pro ovibus ponere. Nam qui turpis lucri gratia vel humanis ducti rationibus tam arduum verendumque munus suscipere contendant, qui convenienti vitæ sanctimonia doctrinaque careant, ii penitus arcendi sunt; mer-

(1) I Tim. I, 16.
(2) Apoc. XIV, 4.
(3) I Petr. I, 18.
(4) Galat. IV, 10.
(5) I Tim. III, 9.
(6) I Cor. XIV, 16.
(7) Exod. XXIII, 20.
(8) I Petr. I, 5.
(9) Matth. V, 14.

cenarii sunt enim nec intrantes per ostium, ac sal infatuatum quod *ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus* (1).

Et hæc quidem in eorum utilitatem spectant, qui jam septis dominici gregis feliciter continentur. At vero apud vos adsunt, Venerabiles Fratres, qui, nondum *vocati in admirabile lumen Christi* (2), *sedent* adhuc *in tenebris et in umbra mortis* (3) : oves quæ perierunt, quas oportet vos adducere ad pastorem summum animarum Jesum. Civitas enim Dei viventis, Ecclesia Christi, nullis circumscripta limitibus, ad salutem omnibus patet : vis nempe ejus est, ab ipso divino auctore tributa, ut attingat a mari usque ad mare et latius in dies proferat *locum tentorii sui et pelles tabernaculorum suorum* (4), unde et catholica jure ac merito nominatur. Scimus equidem probeque novimus, hanc populorum *accessionem ad Sion montem* a divina gratia repetendam, Deique esse christiano nomini incrementum dare; *nemo enim venit ad Filium nisi Pater traxerit eum* (5) : hoc tamen tenemus Dei miserentis esse consilium, Redemptoris nostri facto ac doctrinis testatum, ut mortales homines ipsius Dei operi in salutem animarum obsecundent. *Fides* namque, monente Apostolo, *ex auditu est; auditus autem per verbum Dei* : at *quomodo audient sine prædicante? quomodo prædicabunt, nisi mittantur* (6)? Quapropter monemus, Venerabiles Fratres, ac stimulos caritati vestræ addimus, ut sacræ expeditiones apud Indos multiplicentur : multiplicentur viri misericordiarum, qui volentes libentes mittantur operarii in messem Domini, nec carni et sanguini acquiescentes, derelictis fratribus omnia fiant, ut eos Christo lucrifaciant; inferant barbaræ genti civilem cultum et mores mites, ignorantiæ tenebras excutiant, ut demum *sortem* et ipsi *accipiant inter sanctos per fidem* (7).

Illud denique, in quo curas vestras diligenter versari cupimus,

(1) Matth. v, 13.
(2) 1 Petr. II, 9.
(3) Luc. I, 79.
(4) Is. LIV, 2.
(5) Joann. VI, 44.
(6) Rom. x, 16.
(7) Act. XXVI, 18.

hoc est, ut, quoniam, hisce maxime temporibus, ad perversas opiniones serendas moresque labefactandos diariis et ephemeridibus mali abutuntur, vestrarum esse partium existimetis eadem via iisdemque uti rationibus; illi misere ad destructionem, vos sancte ad ædificationem. Valebit sane admodum, si homines scientia ac virtute præditi scribendo se dedant, quæ vel in singulos dies vel statis temporibus in lucem prodeant; his enim, sensim et pedetentim disjectis erroribus, latius vulgabitur veritas ac torpore languentes animi excitabuntur, fidemque, quam colunt, ad justitiam, aperte profitendam, strenue tuendam suscipient. Quæ tamen emolumenta præclara evenient, si ejusmodi scriptores officia accuraverint eorum propria qui pro causa optima dimicant. Scilicet, quod monuimus alias, ut, comite moderatione, prudentia, caritate, veri rectique principia tutentur firmiter, Ecclesiæ jura sanctissima asserant, Sedis Apostolicæ majestatem illustrent, eorum qui rempublicam gerunt auctoritatem vereantur; in quibus tamen officiis, Episcoporum, ut æquum est, adamare ductum, consilia sequi meminerint. Ita, Venerabiles Fratres, perquam bonum existet præsidium quo populos vobis creditos a corruptis fontibus revocetis, ad salubres haustus adducatis.

Habetis igitur quæ ex desiderio et consilio Nostro in vestris conventibus agitetis : nihil autem dubitamus certum vobis deliberatumque fore omnes curas conferre ut optatis Nostris respondeatis. Quod ut ex communi voto cedat, cæleste præsidium imploremus, deprecatoribus adhibitis, una cum Immaculata Dei Matre Maria, Turibio Antistite sanctissimo ac Rosa virgine, quam Ecclesia primum Peruviæ vestræ atque universæ meridionalis Americæ florem sanctitatis appellat.

Interea testem caritatis Nostræ, Venerabiles Fratres, ac divinorum munerum auspicem, vobis universis, Clero populoque vestro benedictionem Apostolicam amantissime impertimus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die 1 Maii anno MDCCCXCIV, Pontificatus Nostri decimo septimo.

LEO PP. XIII.

S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

DE ABUSIBUS
CIRCA MISSARUM ELEEMOSYNAS REPRIMENDIS.

Nous avons inséré et commenté dans notre tome XXV, page 354 et seq., le décret de la S. Congrégation du Concile, en date du 25 mai 1893, qui a pour but de réprimer certains abus concernant les intentions de messes. Un nouveau décret est venu interpréter le premier, et nous avons à réformer, au moins en partie, ce que nous avons dit. Ce n'est pas que nous trouvions les raisons données par le Consulteur très convaincantes, ni que nous adoptions sa solution; nous ne pensons pas non plus que la S. Congrégation l'ait adoptée. Mais le décret de celle-ci est là, et il doit être obéi; voilà ce qu'il est important de savoir et de bien comprendre. Aussi, croyons-nous devoir donner toute la partie du *Folium* qui peut nous éclairer. Nous nous permettrons d'indiquer ensuite en quoi nous nous séparerions du Consulteur, ou quels arguments on pourrait lui opposer; mais nous aurons soin surtout de faire comprendre le sens du décret de la S. Congrégation, et d'exposer ce qu'il demande.

ROMANA ET ALIARUM.
Die 24 Februarii 1894.

Postquam decretum VIGILANTI ad compescendum missarum mercimonium publici juris evasit, et rogante Emo Præfecto S. C. de Propaganda Fide a SSmo ad Ecclesiam quoque orientalem extensum est (1), statim plures ex variis partibus supplices

(1) Il est de règle que, à moins d'une déclaration formelle, un décret disci-

libelli oblati sunt, hi ad dispensationem impetrandam contra latæ legis dispositiones, illi vero ad quædam dubia in practica legis applicatione diluenda.

Porro ad dispensationes quod attinet, post editum decretum hæc norma servata est, scilicet : quælibet postulatio ad negotia in futurum agenda aut ephemerides evulgandas ope missarum, generatim in suspenso retenta est; et tantummodo permissum ut negotia incœpta aut associationes antecedenter bona fide ad annum vel ad semestre jam initæ explerentur, adjectis tamen debitis cautelis ad quoslibet vitandos abusus.

Nunc autem de his precibus in merito sententia est ferenda; videndum scilicet an et quomodo eisdem satisfieri possit.

Quo vero ad dubia proposita, principaliora duabus instantiis continentur; altera Episcopi Premisliensis, altera Episcopi Conversanensis, quæ proinde ex integro exscribuntur.

Hæc itaque in primis Premisliensis Præsul :

« Decretum S. Congregationis Concilii datum Romæ die 25 Maii 1893, quo damnantur et gravibus pœnis mulctantur abusus Missarum celebrationem spectantes, per Illustrissimum Archiepiscopum Leopolitanum ritus latini nuper ibi communicatum, Orator paratus est publicare in sua diœcesi.

» Ast, quum in præfato decreto non fiat mentio responsionis, neque S. Pœnitentiariæ Apostolicæ e 6 Octobris 1862 (1), neque

plinaire n'atteint pas l'Église orientale. C'est ainsi que, tout dernièrement, S. E. le Cardinal Préfet de la Propagande écrivait aux Pères Basiliens que le décret *Auctis admodum* ne les oblige point : « Pergratum mihi est, Reverendissime Pater, tibi notum reddere, Decretum S. Congregationis Episcoporum et Regularium, de quo in litteris a te datis..., nullo modo attingere Basilianos reformatos, utpote religiosos qui pertinent ad ritum ecclesiæ orientalis. » — Il n'y a aucune raison de révoquer en doute l'affirmation du Consulteur quant au décret *Vigilanti*; nous devons au contraire la signaler à nos lecteurs, parce que l'extension dont il s'agit n'a pas été, que nous sachions au moins, publiée.

(1) Nous l'avons publiée dans notre Commentaire sur le décret *Vigilanti* (t. xxv, p. 358).

ejusdem S. Congregationis Concilii e 24 Aprilis 1875 (1), quibus ecclesiasticis viris ad bonos libros vel diaria religiosa evulganda stipendiis missarum uti permittitur; quum e contra in eodem decreto dicatur : *Revocatis quibuscumque indultis et privilegiis usque nunc concessis præsenti decreto utcumque adversantibus*, eapropter humillime infrascriptus Orator, antequam decretum publicet, enixe petit informationem, utrum recentissimo decreto revocatæ censeri debeant supradictæ responsiones. »

Præterea quærit orator :

« An illicite agant ecclesiastici viri, quibus quidem a fidelibus missarum stipendia non dantur immediate, sed qui eas eleemosynas sponte oblatas, ab aliis sacerdotibus vel Episcopis extraneis, e Gallia verbi gratia vel e Polonia Russiaci Imperii, rogant aut oblatas acceptant, easque deinde sacerdotibus celebrandas offerunt, stipendii autem loco dant eis libros bonos a se editos vel diaria religiosa æqualis pretii?

» Item viri ecclesiastici, qui volentes ædificare ecclesiam novam vel vetustam restaurare, deficientibus sumptibus, comparant sibi ab Episcopis vel monasteriis vel beneficiatis abundantiorem numerum stipendiorum missæ et deinde rogant alios sacerdotes, ut certum numerum ejusmodi missarum tempore debito gratis celebrent, stipendio earum pro fabrica ecclesiæ retento? »

Hæc itaque Premisliensis Præsul. CONVERSANENSIS vero hæc definienda poscebat :

« I. Non ostante il prefato Generale decreto del 25 Maggio 1893, può seguirsi la norma tracciata da codesta medesima Sacra Congregazione il dì 24 Aprile 1875, ch'è come segue :

» An et quomodo improbandi sint moderatores vel administratores diariorum religiosorum, qui sacerdotibus missas celebrandas committunt, retento ex earum eleemosynis pretio ipsis respondente in casu? — RESP. *Negative*, *dummodo nihil de-*

(1) Ce sont les réponses publiées d'abord dans la *Revue*, t. VIII, p. 17 à 30, et reproduites dans ce même Commentaire, p. 355 à 360.

trahatur fundatorum vel oblatorum voluntati circa stipendii quantitatem, locum ac tempus celebrationis missarum, exclusa quacumque studiosa collectione missarum, et docto cui de jure de secuta missarum celebratione, facto verbo cum SSmo.

» II. Nel caso di risposta affermativa, la clausola *exclusa quacumque studiosa collectione missarum* può interpretarsi come si è solito fino ad ora, nel senso che siano vietati gli inviti a stampa e gli altri modi inconvenienti (1)? »

Supplex hic libellus Conversanensis Episcopi julio mense vertente oblatus fuit; et paulo post, scilicet Septembri mense, in ephemeride *Il monitore ecclesiastico*, quæ sub auspiciis ejusdem Episcopi Conversani prodit, commentarium in decretum *Vigilanti* edebatur, quod librorum venditoribus, editoribus ac diariorum directoribus valde arrisit et novorum dubiorum occasionem præbuit.

Quæ cum ita essent, res omnis tam quoad preces pro dispensationibus quam quoad dubia, una simul subjecta fuit sapienti EE. PP. judicio, exquisito tamen prius voto unius ex consultoribus.

VOTUM CONSULTORIS.

Non sine dolore evolvi, quæ de mercimonio missarum relata sunt in expositione præcedente Decretum *Vigilanti studio*, et melius ac manifestius in postrema a Rmo Secretario exarata. Ex utraque colligitur quanta sapientia S. hæc Congregatio Decretum renovaverit S. M. Pii Papæ IX, adjectis pœnis transgressoribus infligendis, ut tandem aliquando incommodum vere dolendum dissipetur, et penitus auferatur. Mercimonium ulterius dissimulandum non erat, et si hodiedum, sub specie hones-

(1) *Traduction.* Non obstante præfato generali decreto 25 maii 1893, an practicari queat norma ab hac S. Congregatione die 24 aprilis 1875 tradita, quæ est tenoris sequentis : *An et quomodo improbandi sint...*, etc. — Et quatenus affirmative, num clausula *exclusa quacumque studiosa collectione missarum* interpretari valeat, prout huc usque solitum est, eo sensu quod prohibeantur solem postulationes publicæ per præla vel aliis modis haud convenientibus?

tatis, necessitatis et religionis conatur obtrudi, vel simpliciter insinuari, expedit non fræna laxare, vimque decreti jam lati quomodolibet enervare, sed illud sartum tectumque servandum est, ne lamentata incommoda renoventur. Quod si indulgentia concedenda sit, eo quia necessitas aut vera utilitas cogunt, concedatur utique, sed talibus præpedita obstaculis, ne unquam vergat in præjudicium decreti....

Proinde duo ad trutinam sunt hic revocanda, nimirum an recentissimo decreto revocata sit, quam vocant declarationem, responsio scilicet a S. C. C. data IN TARBIEN ET ALIARUM, die 24 Aprilis 1875 ad dubium VI : et quid respondendum sit supplicibus libellis, quibus plures enixe petunt ut eis fas sit antiquo uti favore. Duobus dubiis, speculativo et practico respondeo.

Ad 1am quæstionem quod attinet, notum Eminentissimis Patribus apprime est, sensum S. Congregationis semper constanterque fuisse associationes, et eo magis aliud commercii exercitium, ope missarum et abusus periculum aliisque de causis, decreto anni 1874 vetitum omnino fuisse.

Quin dicatur subsequenti anno 1875 responsione ad dubium VI IN TARBIEN id iterum permissum fuisse. Quandoquidem in casu non agebatur de generali quodam dubio speculative resolvendo ; sed de responsione ad supplicem libellum duarum ephemeridum *Acta S. Sedis* et *Le Missioni cattoliche*. Et quod de privilegio his duabus ephemeridibus concesso, utique sub certis limitationibus tunc dumtaxat ageretur, etiam ex eo evincitur, quod post responsiones ad varia dubia in ea causa proposita Emi Patres hanc clausulam censuerunt addendam : *Facto de præmissis omnibus verbo cum SSmo.*

Hoc argumentum quidam effugere tentant, et ad sophisma recurrunt, speciem præferens veritatis, quod si serio consideratur, nullius est roboris, et ad persuasionem ingerendam ineptum. Articulus VI, aiunt, non continet privilegium, nec indultum, sed per se simplex declaratio est, prout verba insinuant.

Ita Admonitor Ecclesiasticus Conversani, cui plures adhærent. Acceptant autem conditiones appositas, *dummodo nihil*

detrahatur fundatorum vel oblatorum voluntati circa stipendii quantitatem, locum et tempus celebrationis, exclusa quacumque collectione missarum, et docto cui de jure de sequuta missarum celebratione. Non nego responsum citatum speciem declarationis habere præsertim si casus intimius non examinetur, nec attendantur ea quæ superius dicta sunt. Ceterum ab oppositoribus sciscitarer : poteratne Congregatio respondere negative? Potuisse puto, et ipsi certissime non negabunt. Cur autem posset? Dicam aperte, ratione periculi. Ideo ad quævis incommoda præcavenda, S. Congregatio conditiones superius notatas in sua responsione inseruit...

Confirmo ex scopo decreti, qui aperte colligitur ex ipsa præfatione. Præmittuntur enim hæc verba : *Ad cohibendam pravam quorumdam licentiam, qui ad ephemerides, libros, aliasque merces facilius cum clero commutanda, missarum ope utebantur, nonnulla constituit eaque Pio PP. IX Fel. Rec. approbante edi, etc.* Vigetne hodie necessitas illa cohibendi licentiam? Et S. Congr. decretum renovans additis pœnis, aeremne verberavit, in incertum pugnans? Si decretum noviter promulgatum est, novoque robore firmatum, non aberraret, qui assereret callida ingenia non defuisse, qui effugia et tergiversationes invenerunt, ut decretum eluderent. Eludebant sane non pauci, ut ex litteris et informationibus datis apertissime constat. Illi autem qui inter mercatores non recensentur, et benigna concessione utebantur, erantne piaculi lamentati immunes? Puto plures utpote prudentes, honestos, religiosissimos, sartas tectasque servavisse conditiones in articulo VI notatas. Absit ut velim, omnes omnino tanti criminis habere ut reos. Ast ab omnibus servabantur? Melius dicam, servari poterant?

Prætereo tempus et locum celebrationis, cum impossibile sit, emptores ephemeridis in eo loco morari ubi hæc imprimitur. Et en necessitas privilegii, quo fiat potestas missam celebrandi alio in loco. Pariter quoad tempus, valde difficile erit normam servare quæ traditur a theologis. Postrema conditio, qua dicitur *exclusa quacumque collectione missarum,* quomodo observari

possit ab editoribus ephemeridum, me nescire profiteor. Quid significet verbum illud *collectio*, facile concipitur. Quid procurant ephemeridum editores? Colligere tot eleemosynas, quot necessariæ sunt, ut antiquis et novis emptoribus ephemeridis satis fiat. Jamvero quonam modo non occurret incommodum colligendi missarum acervum, ut novis petentibus fiat satis? Atqui collectio hæc prohibita est a Benedicto XIV, in sua Constitutione quæ incipit *Quanta cura.* Quæ collectio aliud incommodum ingerit, de quo jam dixi, scilicet non satisfaciendi obligationi intra breve tempus.

Demum rem ipsam confirmo ex medio seu melius ex ratione quæ in decreto *Vigilanti* inseritur, ut finem habeant, nec amplius nominentur mala quæ proveniunt ex collectione missarum. Notentur hæc verba : *Cum experientia docuerit, mala quæ deplorantur, ex eo potissimum originem viresque ducere, quod in quorumdam privatorum manus major missarum numerus congeritur quam justa necessitas exigit, ideo iidem Emi Patres.... sub gravi obedientiæ præcepto decernunt ac mandant, ut in posterum omnes et singuli ubique locorum beneficiati et administratores piarum causarum aut utcumque ad missarum onera implenda obligati, sive ecclesiastici, sive laici, in fine cujuslibet anni, quæ reliqua sunt.... propriis Ordinariis tradant.* Si hæc verba quidpiam valent, non solum studiosam collectionem prohibent, sed quamcumque et quocumque modo fiat. Miror curnam decreti VIGILANTI STUDIO commentatores, huic clausulæ nullo modo attenderint, eamque omiserint, ac si eos non afficeret. Nihilominus prætereunda non erat. Poterat enim eorum inquisitioni lucem afferre.

Hæc, quæ plus justo rigorosa videtur, omittere nolui, eo quo quid interpretantur decretum VIGILANTI pro modulo suo, jam in suis ephemeridibus promulgarunt, nihil immutatum esse, et omnia procedere sicut ante decretum, ac si istud conditum sit ad solatium, non ad inducendam obligationem. Istine decreto obtemperant studiosam collectionem prohibenti?

Ad secundam vero quæstionem deveniens. . . . . . .

C'est ici que le Consulteur aborde le doute pratique sur lequel il est chargé de donner en second lieu son avis. Nous n'avons pas intérêt à le suivre sur ce terrain, la S. Congrégation ayant répondu : *Ad mentem* et n'ayant pas fait connaitre *quæ sit mens* : rien ne prouve donc qu'elle ait adopté, même en partie, les mesures, d'ailleurs sévères, proposées par lui. Mais nous croyons pouvoir discuter cette première partie du *Votum* et en dire franchement notre pensée. Nous ne serions point, pour notre part, de l'avis du Consulteur, et nous croyons que ce n'est pas son *Votum* que la S. Congrégation a suivi dans sa réponse. Voici comment nous procéderions.

I. Nous croyons, contrairement à l'avis du Consulteur, qu'il y a véritablement eu, en 1875, une déclaration ou, si l'on aime mieux, une interprétation authentique du décret de 1874. Et ici, nous reprocherions au Consulteur d'avoir isolé la réponse au doute sixième du 24 avril 1875 et de ne s'être arrêté qu'à elle. Pour nous, c'est ne voir qu'un côté de la difficulté.

Si l'on admet l'existence d'une déclaration, toutes les décisions du Saint-Siège concordent. Ainsi : 1° on peut rapprocher de la déclaration de 1875 la réponse au doute sixième de 1874 (1), et en déduire que la S. Congrégation a entendu, en 1874, réprouver « quamvis negotiationis vel turpis lucri speciem », mais qu'elle ne trouve plus rien à reprendre, si l'apparence même du commerce ou du gain illicite fait défaut.

2° Remontant plus haut même que 1874, comme l'a fait d'ailleurs Mgr l'Évêque de Presmilia dans sa supplique, on

(1) Cette réponse au doute sixième de 1874 a été citée dans notre commentaire, t. XXV, p. 358 : An illicite agant ii, qui pro missis celebratis recipiunt stipendii loco libros vel alias merces, seclusa quavis negociationis vel turpis lucri specie? — Resp. *Negative.*

peut rappeler la décision de la S. Pénitenterie du 6 octobre 1862, et faire remarquer qu'elle est conçue dans le même sens.

3° Mais surtout, il faut insister sur une réponse du 24 avril 1875, la réponse au doute cinquième, que le Consulteur, tout préoccupé de son doute sixième, ne paraît pas avoir vue. Il s'agit de l'Évêque de Caltanisetta, qui a intimé à son clergé une défense trop absolue après le décret de 1874; il veut s'éclairer sur la valeur de cette défense et interroge sur le cas de prêtres qui, sans être « bibliopolæ, » ni « mercatores, » ni « aliter missarum celebrandarum quæsitores, » donnent à leurs confrères les intentions de messes qu'ils ont reçues, pour que ceux-ci aient comme honoraires des livres ou des journaux, et en même temps sur le cas de ceux qui demandent, ou simplement reçoivent ces livres et ces journaux comme honoraires; on lui répond que ces prêtres ne sont pas blâmables. Si ce n'est pas là une déclaration des décrets de 1874, il n'y a plus moyen de s'entendre; et cela est si vrai que, sur des questions analogues, la S. Congrégation s'est bornée à communiquer cette réponse, « utpote casui apprime respondens » (1). Or, nous croyons qu'il est nécessaire de comparer ce doute cinquième au doute sixième dans lequel le rapporteur n'a voulu voir qu'une réponse particulière : on trouvera certainement une affinité très grande entre les deux doutes et leurs réponses, et il est impossible de ne pas être porté à les interpréter dans le même sens, c'est-à-dire comme une déclaration donnant le vrai sens des décrets de 1874.

II. Mais nous allons plus loin, et nous disons que, la réponse au doute sixième de 1875 fût-elle seule, n'eût-on pas pour l'interpréter cet argument très puissant tiré de l'accord des décisions du Saint-Siège ci-dessus relatées, nous croirions

(1) On peut en trouver un exemple dans notre tome VIII, page 29.

encore pouvoir tirer de sa teneur même des arguments sérieux pour combattre la proposition du rapporteur. Commençons par en donner le texte, et y joindre le doute septième qui en est la conséquence.

VI. An et quomodo improbandi sint moderatores vel administratores diariorum religiosorum, qui sacerdotibus missas celebrandas committunt, retento ex earum eleemosynis pretio diariis ipsis respondente in casu?

Et quatenus affirmative,

VII. An et quomodo concedenda sit sanatio et absolutio quoad præteritum, et facultas quoad futurum, iis religiosarum ephemeridum moderatoribus vel administratoribus, qui supplicem ea de re huic S. Congregationi libellum dederunt in casu?

Resp. — Ad VI. *Negative : dummodo nihil detrahatur fundatorum vel oblatorum voluntati circa stipendii quantitatem, locum ac tempus celebrationis missarum, exclusa quacumque collectione missarum, et docto cui de jure de secuta missarum celebratione, facto verbo cum Sanctissimo.*

Ad VII. *Provisum in præcedenti : et attentis peculiaribus circumstantiis pro gratia dilationis celebrationis, non tamen ultra sex menses, facto verbo cum Sanctissimo.*

Nous dirions, nous, que la première de ces questions est générale, et il nous semble que les termes mêmes nous autorisent à le penser. Ces termes ne visent pas, comme dans la question septième, les directeurs des *Acta S. Sedis* et des *Missioni cattoliche*, « qui supplicem ea de re huic S. Congregationi libellum dederunt »; non, ils parlent des directeurs ou administrateurs de journaux ou de revues en général, et on demande s'il faut blâmer ceux qui..., etc. Cela est si vrai, que l'absolution du passé, et la faculté de continuer à l'avenir la pratique soumise au jugement de la S. Congrégation, pour les directeurs des *Acta S. Sedis* ou des

Missioni cattoliche, n'est demandée que dans la question septième; bien plus, cette question subsidiaire est inutile, n'a de raison d'être que dans le cas d'une réponse affirmative au doute sixième, et le doute est parfaitement posé en ce sens. A quoi bon en effet demander une absolution pour ces derniers, si la S. Congrégation répond que les directeurs ou administrateurs de journaux qui suivent la pratique exposée ne sont pas blâmables? A quoi bon demander permission de continuer, si la réponse est qu'il n'y a rien à reprendre dans ce qui se fait? Mais au contraire, si la réponse de la S. Congrégation est affirmative, nous comprenons que, après avoir parlé des directeurs ou administrateurs de journaux en général, on fasse une question subsidiaire pour les directeurs ou administrateurs qui ont présenté une supplique à la S. Congrégation, et que la S. Congrégation pourvoie par indult à leur situation.

Tel est, pour nous, le sens des questions; les réponses confirment ce que nous venons de dire. La réponse au doute sixième dit nettement que les directeurs ou administrateurs de journaux qui suivent la pratique dont il s'agit ne sont pas blâmables, au moins sous certaines conditions; elle expose ces conditions, et remarquons en passant qu'elles sont toutes de droit commun. Puisque les directeurs de journaux agissent sans recours au Saint-Siège, ils sont tenus à ces conditions de droit commun et ne peuvent s'affranchir de leur propre autorité, cela va de soi. Donc, rien n'est accordé en dehors du droit commun aux directeurs de journaux dans la réponse sixième; on fixe seulement les conditions de droit qu'ils ont à observer, et on dit que, sous ces conditions, ils ne sont pas blâmables d'agir comme ils ont fait. La réponse au septième doute confirme ce sentiment. A la question posée en cas seulement d'une réponse affirmative *Ad VI*, la S. Congrégation répond dans le sens que faisait prévoir la

réponse négative qu'elle vient de donner : *Provisum in præcedenti*, c'est-à-dire : nous n'avons rien de plus à dire que ce qui vient d'être répondu ; la pratique qui nous a été soumise n'est pas blâmable sous certaines conditions de droit ; ne nous demandez donc point s'il faut accorder aux directeurs des *Acta S. Sedis* et des *Missioni cattoliche* absolution pour le passé et faculté pour l'avenir ; ils n'en ont pas besoin s'ils observent ou ont observé les conditions exprimées dans notre réponse ; s'ils ne l'ont pas fait ou ne le peuvent faire, ils se pourvoiront comme ils doivent se pourvoir. Mais, dès à présent, une chose paraît claire à la S. Congrégation par la teneur de la supplique qu'ils ont présentée : c'est qu'une condition de droit commun, celle qui regarde « tempus celebrationis missarum », n'est pas suffisamment sauvegardée, et immédiatement elle accorde le délai qu'elle juge convenable.

Que le Consulteur appelle cette réponse une réponse particulière tant qu'il voudra ; nous ne le contredirons pas sur ce point ; mais nous disons que c'est là une réponse particulière qu'il est parfaitement permis d'appliquer dans les cas semblables, ou, si l'on aime mieux, une déclaration.

Les mots : *Facto verbo cum sanctissimo*, qui sont objectés, ne nous paraissent pas contredire cette manière de voir. S'ils signifiaient toujours la concession d'une dispense ou d'un indult par le Saint-Père, nous avouons qu'ils renverseraient notre interprétation ; mais combien de fois ces mots sont-ils employés pour signifier que l'interprétation à donner à une loi paraissant obscure, douteuse, ou d'une gravité exceptionnelle, la S. Congrégation a pris le soin de faire confirmer sa réponse par le Souverain Pontife ?

La difficulté d'observer les conditions exprimées par la S. Congrégation dans la réponse au doute sixième, n'est pas non plus pour nous embarrasser. Nous reconnaissons cette difficulté en bien des cas ; nous ne reconnaissons pas d'impos-

sibilité absolue. Que le Consulteur vienne dans le diocèse de celui qui écrit ces lignes; il saura quelle est l'abondance des intentions de messes offertes par les fidèles à tous les prêtres; il reconnaîtra aussi que, très fréquemment, ni le temps ni le lieu de la célébration ne peuvent être un obstacle à la distribution de ces messes dans les conditions du doute soumis à la S. Congrégation, et enfin comprendra comment on peut avoir à sa disposition un grand nombre d'intentions de messes sans en être en aucune façon « eleemosynarum missarum collector ». Ceci dit, nous avouons que la difficulté peut exister quand même en d'autres cas. Mais ne pouvons-nous pas faire observer que c'est la S. Congrégation qui a exprimé ces conditions, toutes de droit commun du reste? Que sa décision soit une réponse particulière ou une sorte de déclaration, il faut bien qu'elle ait cru possible l'accomplissement de ces conditions; il n'est pas permis de dire un seul instant qu'elle ait voulu faire une réponse illusoire. La difficulté retombe donc tout aussi bien sur le Consulteur que sur nous.

Il nous semble donc que nous sommes en droit de conclure que les réponses de 1875 contenaient de véritables décisions fixant le sens des décrets de 1874 et valables non pas seulement pour un cas particulier, mais susceptibles d'être appliquées dans tous les cas semblables. Reste une seconde question : les interprétations données en 1875 sont-elles révoquées par le décret de 1893 ? Le Consulteur dit oui; nous sommes obligés de dire que nous ne le croyons pas. Que fait le décret de 1893? Il rappelle les décisions de 1874, en demande l'observation exacte, et y met une sanction pénale : « quod pridem decretum erat in memoriam plenamque observantiam denuo apud omnes revocare, et opportuna sanctione munire »; rien ne dit qu'il condamne ce qui n'est pas condamné par le décret de 1874 et est d'ailleurs conforme au droit commun. C'est même là, à notre sens, un

argument très fort contre l'opinion du Consulteur : comment la S. Congrégation aurait-elle révoqué, en 1893, cette réponse au doute sixième, qui ne contient, nous croyons l'avoir prouvé, qu'une exposition des règles de droit commun ?

Enfin, aucune des clauses que cite le Consulteur ne nous parait de nature à nous faire revenir sur ce sentiment : 1° Ni les termes par lesquels le décret de 1893 caractérise l'œuvre de 1874 : *Ad cohibendam*, etc.; nous reconnaissons que le but du décret de 1874 y est nettement exprimé; mais nous savons aussi que la pratique soumise à l'appréciation de la S. Congrégation en 1875 ne va pas contre ce décret : et ce n'est pas parce que le décret de 1893 rappelle le but poursuivi en 1874 que cette pratique deviendra condamnable ; — 2° Ni la clause révocatoire des *indults et privilèges* contraires aux dispositions du nouveau décret ; cette clause n'atteint pas ce qui n'est ni un indult ni un privilège ; — 3° Ni l'obligation faite à ceux qui détiennent des intentions de messes en abondance, de remettre au commencement de chaque année à leur Ordinaire les messes qu'ils n'ont pu acquitter. C'est là une obligation qui n'existait point avant le décret de 1893 ; elle doit être observée, sans aucun doute, et l'on ne saurait aller contre elle sans une permission du Saint-Siège ; elle peut donc nécessiter parfois un recours à son autorité : mais nous ne voyons pas comment elle rend mauvaise et défendue une pratique qui ne l'était pas auparavant et qui ne lui est pas nécessairement contraire.

Nous ne savons quels journaux ont affirmé que rien n'était changé, que tout pouvait marcher comme avant le nouveau décret; car le Consulteur ne donne pas de noms : mais soutenir la thèse que nous soutenons, ce n'est assurément point tenir ce langage. Ce n'est pas peu qu'une sanction pénale ajoutée à une simple défense, et une disposition nouvelle comme celle que nous venons de mentionner.

Par contre, nous ne craignons pas de dire que se borner à ce que nous avons dit, n'autorise pas à nous représenter comme si nous croyions que la S. Congrégation, par son décret nouveau, « *aerem verberavit* », ou encore que le décret « *conditum est ad solatium, non ad inducendam obligationem* ». C'est là de l'exagération pure, qu'il est inutile de réfuter.

DÉCISION.

Si la S. Congrégation avait voulu suivre l'avis de son Consulteur, elle n'avait qu'à donner une réponse négative aux questions posées par les deux Évêques de Presmilia et de Conversano; car tous deux se rencontraient à demander si les résolutions de 1875 étaient encore en vigueur; or, elle s'en est bien gardée. Voici sa réponse :

Ad dubia proposita ab Episcopo Presmilien, providebitur in casibus particularibus. Ad dubia Episcopi Conversanen, nihil esse respondendum. Ad reliquas postulationes, ad mentem.

Cette réponse donne-t-elle raison au Consulteur? Non, nous semble-t-il; elle n'est pas inspirée par la proposition soutenue dans son *Votum*. Voici ce que nous y voyons; les décisions de 1875 ne sont pas abrogées par le décret nouveau; la S. Congrégation les regarde toujours comme vraies et conformes au droit; elle ne les contredit donc point, et l'on peut croire que, dans les cas particuliers qui lui seront déférés, elles ne les contredira pas davantage, bien plus, qu'elle les prendra encore pour règle. Mais elle ne veut plus le dire formellement et à l'avance; elle veut qu'on s'habitue à lui soumettre les cas particuliers douteux, afin qu'elle juge elle-même. Quel a été son motif pour cela? Il ne nous appartient pas de le savoir : elle a voulu peut-être empêcher qu'on soit mauvais juge en sa propre cause et qu'on se donne trop

de facilités, au lieu de se rapprocher de l'esprit du décret. Peut-être aussi a-t-elle été frappée des difficultés que présente l'observation des conditions de droit commun dans bien des cas : nous avons reconnu ces difficultés comme le Consulteur dans son *Votum;* il se peut que la S. Congrégation ait voulu être juge de la manière dont la loi est observée. En tout cas, elle ne répond pas que les décisions de 1875 sont révoquées; mais elle ne veut rien en dire : encore moins répond-elle aux questions nouvelles posées par Mgr l'Évêque de Presmilia, afin que ceux qui se trouvent dans la nécessité de suivre les pratiques exposées recourent individuellement à son tribunal.

Voilà ce que nous voyons dans cette décision de février 1894. Nous avons tenu à rapporter la décision et le *Votum* du Consulteur, parce que, malgré tout, en demandant un recours à la S. Congrégation dans les cas particuliers, cette décision change, sinon en théorie, au moins en pratique, ce que nous avions dit dans notre commentaire du décret de 1893. Nous avions à nous réformer en cela; nous le faisons de bon cœur. Avons-nous besoin de dire que, si nous nous étions trompés dans l'appréciation du *Votum* du Consulteur, nous sommes prêts à revenir sur ce point comme sur le précédent, dès que nous le saurons avec certitude?



S. CONGRÉGATION DU CONCILE.

DES ONDOIEMENTS.

Nous devons une attention toute particulière à une décision que la S. Congrégation du Concile vient de rendre sur les ondoiements. Cet abus, fort répandu en France, a été plusieurs fois déjà signalé à la S. Congrégation; avant de relater la décision qu'elle vient de notifier tout récemment à Mgr l'Évêque d'Autun, nous croyons faire chose utile en rappelant ce que nous connaissons de ses réponses antérieures.

Nous ne pouvons résister à l'envie de citer deux pages des Œuvres de Mgr Pie, où se trouvent nettement expliquées les raisons qui font que l'ondoiement ne peut être qu'une exception, les arguments qui justifient cette exception, et enfin les conditions de droit sous lesquelles l'Église l'autorise : nous trouvons ces deux pages dans le tome I des Œuvres de l'éminent Prélat sous le titre : *Récapitulation des questions traitées dans le premier synode diocésain* (1).

La cinquième ordonnance (2) est dirigée contre un autre abus considérable, devenu ordinaire dans certains lieux; nous voulons

(1) T. I, pag. 540.

(2) Il s'agit de la cinquième ordonnance du premier synode tenu par Monseigneur l'Évêque de Poitiers, qui eut pour objet spécial « la publication authentique du Concile provincial de Bordeaux. » Un décret de ce concile, que Monseigneur Pie rappelle plus loin, défendait l'ondoiement : « Prohibe-

parler de l'ondoiement. Evidemment la haute dignité du sacrement de baptême demande qu'à moins d'un danger pressant, les cérémonies par lesquelles l'Eglise a voulu rehausser l'acte sacramentel accompagnent régulièrement la collation du sacrement; si l'on analyse les divers rites dont se compose cette fonction sacrée, on reconnaît que, soit les interrogations et les onctions se référant au catéchuménat, soit les insufflations et les exorcismes dirigés contre le démon, ont perdu en grande partie leur signification et leur raison d'être quand on les applique à une créature déjà honorée de la grâce de la justification et de l'adoption. Sans doute la théologie justifie par des explications satisfaisantes la pratique du supplément des cérémonies baptismales. L'exorcisme lui-même n'est point dépourvu de sens, puisque le démon a conservé tant d'empire sur les sens et les facultés du régénéré qu'on a vu d'infortunés enfants victimes de l'obsession après leur baptême et avant l'âge de raison, et qu'en beaucoup d'autres l'habitude précoce et instinctive des actes vicieux est développée par une influence souvent satanique. Néanmoins, en dehors des cas de véritable nécessité, il y a désordre et irrégularité inacceptable dans cette transposition qui rejette les préliminaires du sacrement après le sacrement lui-même. Or la facilité avec laquelle l'ondoiement était demandé et obtenu dans ces derniers temps avait fini par faire de la règle l'exception et de l'exception presque la règle. L'ondoiement était devenu comme la formalité préparatoire, et les cérémonies supplémentaires étaient considérées comme l'acte sacramentel. Une mère disait un jour devant moi : « Mon enfant a reçu l'eau, mais il n'a pas encore reçu le baptême. » L'usage menaçait de prescrire bientôt contre la loi.

Nous sommes donc résolus, Messieurs, à nous appuyer sur le concile provincial pour mettre fin à cet abus. Le rapport de

mus ne omissis dilatisve tantum consuetis ritibus ac ceremoniis baptismus in ecclesia ministretur nisi gravissima de causa et de licentia Episcopi. Privatis autem in domibus, absque gravi necessitate, conferri non debet » (Conc. Burd., tit. III, cap. 2).

la congrégation particulière vient de conclure à ce que, par une règle générale, l'ondoiement soit tout à fait supprimé dans le diocèse, à part le danger de mort. Ce parti serait de beaucoup le plus simple ; mais le droit ayant fait quelques exceptions, il n'appartient ni à un concile provincial, ni encore moins à une assemblée diocésaine, de décréter une suppression absolue et radicale. Sans parler des enfants des princes dont les cérémonies baptismales ont coutume d'être une solennité nationale, deux cas ont été prévus : le cas dans lequel la présence corporelle des parrain et marraine pourrait amener une réconciliation dans une famille gravement divisée, et celui dans lequel un parrain ou marraine serait disposé à faire à l'enfant nouveau-né de grands avantages de fortune, dont celui-ci serait frustré si la cérémonie se faisait sans que celui-là fût présent. L'Église, qui cherche à procurer la paix et l'union des familles, n'a pas voulu interdire une occasion de rapprochement des esprits et des cœurs ; et cette tendre mère, attentive au bien-être de ses fils, a voulu qu'on pût prendre en considération leur intérêt même temporel. Hors de ces deux cas, dont l'existence est assez rare, la règle est inflexible. Vous devrez donc avertir les familles que l'attente de parents ou d'amis éloignés n'est point une raison de dispense, attendu que les parrain et marraine peuvent toujours intervenir par représentation.

Mgr Pie crut devoir exposer au Saint-Siège, dans la première relation sur l'état de son diocèse, les efforts qu'il avait faits pour rétablir en cette matière l'observation des lois de l'Église. La S. Congrégation du Concile l'en félicita chaudement dans sa réponse ; ce passage a été reproduit dans le septième volume des Œuvres du Prélat :

Quæ scribis Te Pontificiarum Constitutionum observantiam redintegrasse pro abusibus tollendis circa baptismum sine sacris cæremoniis levi quaque de causa conferri solitum..., summopere probaverunt Eminentissimi Patres, Teque vehementer hortan-

tur ne quid pro tua prudentia vel operæ vel vigilantiæ intermittas, quo harum abusionum radices stirpitus in perpetuum evellantur, servatis adamussim legum pontificiarum sanctionibus, quas sine gravi periculo posthabere et negligere nefas est (1).

Tel est le premier document émanant du Saint-Siège que nous connaissions sur la pratique des ondoiements. Le second remonte à l'année 1868. Dans une lettre-circulaire adressée à son clergé (2), Mgr l'Évèque de Beauvais explique que, dans le commencement de son épiscopat, il accordait sans scrupule toutes les permissions d'ondoiement qui lui étaient demandées ; puis il ajoute : « Cependant, les observations qu'un théologien du plus grand poids nous avait adressées touchant cette manière d'agir, nous inspiraient certaines inquiétudes. De plus, en lisant attentivement le Rituel romain, nous étions frappé de ces paroles : « Cum urgente mortis periculo, vel *alia cogente necessitate*, parvulus, sacris precibus ac cœremoniis prætermissis, fuerit baptizatus, ubi convaluerit vel cessaverit periculum et ad Ecclesiam delatus fuerit, omissa omnia suppleantur. » De là une consultation au Saint-Siège, à laquelle la S. Congrégation du Concile répondit en ces termes :

(1) Nous trouvons ce passage dans le tome VII des Œuvres de S. E. le Cardinal Pie. Une lettre particulière de 1876 nous apprend que la décision synodale était rigoureusement appliquée dans le diocèse de Poitiers, et que, seules, les deux exceptions mentionnées dans la circulaire citée plus haut étaient admises, au moins pour les demandes d'ondoiement adressées par les diocésains. Vis-à-vis des fonctionnaires ou autres, ne devant pas rester dans le diocèse, Monseigneur Pie ne refusait pas si impitoyablement. Ordinairement, il prenait un biais, et répondait qu'il préférait, si l'enfant était bien portant, permettre de différer le baptême de huit jours, plutôt que de séparer le baptême des cérémonies.

(2) Cette circulaire est datée du 21 novembre 1868 et porte le numéro 325.

Perillustrissime ac Reverendissime Domine uti Frater,

Ex litteris ab Amplitudine Tua sine data Sanctissimo Domino Nostro conscriptis, et ad hanc Sacram Congregationem Tridentini juris interpretem ac vindicem remissis innotuit, in ista diœcesi diutino a tempore inductum fuisse morem, ut quandoque infantuli recens nati in Ecclesia privatim baptismate regenerentur, ac cæremoniæ et ritus in Rituali Romano præscripti aliquibus mensibus differantur, donec aliunde patrini vel matrinæ superveniant, aut convalescat genitrix iisdem interfutura. Itaque ex hujusmodi abnormitate animo tuo sollicitudo ingeritur, cum cæteroquin abusus jamdiu invalescens non ita facile actutum de medio tolli auferrique posse videatur. Quo in rerum statu laudabili plane exemplo Apostolicam Sedem consulis, et supplex deprecaris, ut morem hunc tolerare atque in casibus particularibus eumdem sequendi potestatem facere permittaris. Itaque his inspectis et mature consideratis, Sacra Congregatio facere non potest, quin morem hunc utpote corruptelam judicet, adeoque abolendum plane sentiat. Adversatur enim præscriptionibus in Rituali Romano consecratis, quibus ex Romanorum Pontificum Constitutionibus ubique parendum est. Nihilominus cum abusus, qui altas radices egit, statim evellere non detur, et periculum forte sit ne animulæ illæ absque baptismo, ceu enarras, interdum decedant, Sacra Congregatio tecum convenit, pro nunc parce et in aliquibus casibus tolerandum esse. Interim vero, cum præsertim liturgia romana, istic summa cum laude restituta fuerit, omni ope adlaborandum est, ut sensim hujusmodi corruptela deleatur ac plane evanescat. Itaque pro data tibi a Domino prudentia operam dabis, ut parochi, confessarii, et verbi divini præcones e suggestu eamdem corruptelam improbent, ab eaque sequenda auditores arceant. Plurimum etiam proderit id efficere, ut magnates ad celeritatem adhibendam inducantur; eorum enim exemplo permoti inferiores, facilius paulatim huic Ecclesiæ præscriptioni sese conformabunt, uti sperandum est.

Hisce S. Congregationis nomine perscriptis, omne meum stu-

dium impense profiteor Amplitudini tuæ, cui fausta quæque ac salutaria a Domino precor.

Romæ, 28 septembris 1868.

Uti frater stud.

F. CARD. CATERINI, PRÆF.

PETRUS ARCHIEP. SARDIANUS, *Secretarius.*

La question est revenue devant la S. Congrégation du Concile au commencement de cette année; elle y avait été portée par Mgr l'Évêque d'Autun, qui avait exposé ses doutes dans la relation sur l'état de son diocèse. De cette relation a été extrait le doute qui a été traité devant la S. Congrégation *Per summaria precum.* On va trouver dans le *Folium* une partie seulement de l'exposé de Mgr d'Autun ; il est peut-être bon de le compléter en disant que la pratique des ondoiements n'est pas si générale qu'on pourrait le croire dans ce diocèse; on peut au contraire le citer comme un des diocèses de France où l'on est plus sévère sous ce rapport. En effet, les statuts synodaux règlent que, généralement, l'autorisation d'ondoyer ne sera pas accordée ; ils admettent cependant quelques exceptions, notamment lorsque le délai des cérémonies solennelles du baptême peut amener un rapprochement entre des familles divisées, ou lorsque les parents de l'enfant peuvent avoir, en vue de son avenir, un intérêt considérable à ménager des parrains ou marraines qui ne peuvent venir aussitôt après la naissance. Ceci dit, nous laissons la parole au *Folium* de la cause.

AUGUSTODUNEN.

POSTULATUM QUOAD BAPTISMI ADMINISTRATIONEM.

Die 14 aprilis 1894.

Augustodunensis Episcopus in relatione ad H. S. C. transmissa anno 1881 super statu ecclesiæ sibi concreditæ, sequentia in capite IX *De postulatis* exposuit :

« Diversis vicibus Episcopus monuit parochos ne cæremonias » solemnes Baptismi ab administratione sacramenti separarent. » Quæ disciplina magis congruens antiquis Ecclesiæ consuetu- » dinibus et recentioribus S. Ecclesiæ decretis non parvam » molestiam affert parentibus. Rationes, quas afferunt ut sui » infantes recens nati immediate aqua baptismali et absque » cæremoniis solemnibus lustrentur (quod in Gallia vulgo vo- » cant *ondoiement*), hæ sunt : 1° Absentia patrini vel matrinæ; » 2° Facilitas quæ in aliis diœcesibus datur sic agendi.

» In quibusdam jam casibus parentes maluerunt infantes per » plures hebdomadas et etiam per plures menses sine baptismo » omnino relinquere, cum periculo eos exponendi æternæ dam- » nationi si ante baptismum decessissent, quam obtemperare » legi ab Episcopo latæ.

» Petit Episcopus an hanc legem quam severiorem quidam » judicant, urgere debeat, an potius expediat abusum tolerare » qui in pluribus diœcesibus invaluit, et quodammodo vim con- » suetudinis jam obtinuit. »

Duo præcipue in hac praxi ab Episcopo relata juri adversari videntur ; nempe baptismi administratio absque necessitatis causa in domibus privatis, et cæremoniarum ac rituum a Sacramento separatio. Scitum namque est, ut expressis verbis loquitur Clemens V, in *Extrav. unic. h. t.*, et Rituale romanum, *tit. 2, cap. 1, n. 28*, baptismum in aulis vel cameris, aut aliis privatis domibus conferri non posse sub pœnis ab Episcopo indicendis, sed in Ecclesiis in quibus sunt fontes ad id specialiter deputati ; quod vetitum manet etiamsi ibidem baptizati postea ad sacrum fontem afferantur, ut consuetæ cæremoniæ ac ritus in Ecclesiis celebrentur, nisi de urgente necessitate vel de Regum aut magnorum principum liberis agatur. S. H. C. in Castrimaris, *Postul. quoad Bapt. adm., 20 Januar. hujus anni, per sum. prec.* Præterea, ut S. Alphonsus, *Theolog. Mor., lib. 6, num. 141*, animadvertit, mortale est sine necessitate vel saltem sine gravi causa baptismum separare ab unctionibus et cæremoniis, quæ ex gravi quidem præcepto concomitanter cum baptismo

debent adhiberi. Atque Summus Pontifex Benedictus XIV in Constitutione *Omnium sollicitudinum, diei 13 Septembris 1744*, decernit : « Stricte prohibemus ne in baptizandis tam pueris » quam adultis cujuscumque sexus et conditionis omittantur » sacramentalia, sed omnia palam adhibeantur... quæ ex apos- » tolica traditione Ecclesia recepit. » Ad rem etiam *Constit. 89, Inter omnigenas*, § *19*. Cui prudenti disciplinæ et S. C. de Propaganda Fide adhæsisse novimus ex decreto dato pro Sinis *die 21 Januarii 1789*, in quo ad dubium : « An extra casum » necessitatis seu extra periculum imminens licite possit Sacer- » dos simpliciter abluere infantes et adultos omissis baptismi » cæremoniis », responsum prodiit : « Non posse. »

Nec ad praxim in Ecclesia Augustodunensi invectam cohonestandam, sufficere videtur ratio absentiæ patrini vel matrinæ. Profecto S. Alphonsus, *loc. cit. num. 140*, cum Layman, *lib. 2, tr. 2, c. 6, n. 8*, postquam adnotaverit ex consuetudine infantes deferendos ad Baptismum circa diem octavam, subjungit : « nisi sit gravis causa dilationis, v. g. quia patrini sunt expectandi, in qua tamen non licet communiter extra necessitatem privatim baptizare, et postea adhibere solemnitates, sed præstat expectare aliquamdiu. »

Non leves proinde exurgunt difficultates contra praxim de qua est quæstio.

Grave nihilominus non sit EE. VV. peculiaria casus adjuncta perpendere, quæ a juris rigore flectendum suadere videntur. Sane commune est apud omnes pueros baptizandos esse quam cito fieri potest, ac in Rituali romano legitur : « Parochus hor- » tetur ne pueris sacramentum tantopere necessarium nimium » differatur cum periculo salutis ; » et optime quidem quia « propter ætatis imbecillitatem infinita pene vitæ pericula illis » (pueris) impendeant » *Catechismus rom. Part. 2, num. 34*. Præsul vero Augustodunensis asseverat in pluribus jam casibus parentes maluisse infantes per plures menses omnino sine Baptismo relinquere, quam legi obtemperare. Ergo hoc æternæ damnationis periculum in quo pueri ob parentum pertinaciam ac

impietatem jugiter versarentur, forsan æquiparari posset necessitati a jure requisitæ ad baptismum domi administrandum. Nec dices : si tantus est defectus fidei, aut parentum superbia, ut Episcopo non pareant, non videntur hoc præmio honestandi, ut sanctum sacramentum in eorum ædibus administretur; etenim contrario damnum, seu inobedientiæ pœna non in parentes, sed in liberos innocentes verteret.

Præterea observari posset allegatam CASTRIMARIS elapsi Januarii non undequaque cum præsenti congruere, quia ibi præsertim exposcebatur an etiam cæremoniæ ac ritus domibus privatis compleri possent, quod a jure prohibetur etiam quum infans in mortis periculo constitutus domi baptizatur.

R. 1. De eo, qui ex officio curam animarum non habet, jam supra dictum est. De parocho autem vel de eo, qui ex officio habet curam animarum, dicendum est simpliciter, eum etiam cum vitæ periculo debere subditis suis conferenda curare *sacramenta necessaria*, i. e. in periculo mortis

sacramentalem absolutionem, vel ei, qui baptizatus nondum esset, baptismum, ei vero qui sensibus destitutus est, præprimis extremam unctionem. Hæc enim sacramenta sunt vel simpliciter necessaria, vel necessaria ut, quantum fieri possit, securius homo fidelis ex hac vita decedat. Reliqua sacramenta conferendi stricta obligatio non est; suadendum tamen omnino, ut præbeatur Viaticum saltem; imo etiam sub brevi forma omnibus S. Unctio : (quam brevem formulam, quum non sit omnino certe valida, adhibere apud eum, qui sensibus destitutus sacramentalem absolutionem conditionate tantum recipere potest, mea sententia non licebit).

R. 2. Ex consulto dixi, esse gravem obligationem, ut parochus sacramenta necessaria *conferenda curet*, non ut ipse conferat. Si enim vicarium habet, qui conferat, mortis periculum minus timens, non ipse personaliter sacramenta tenetur conferre, nisi forte ex gravi causa aliquis parochianus parochum personaliter postulaverit. Ita etiam Bened. XIV in opere *De Syn. diœc.*, l. 13, cap. 19, n. 2, docet, licere parocho tempore morbi contagiosi sibi reservare curam sanorum, si vicarius paratus sit ad curam ægrotorum. Ratio, cur hoc liceat, non tam est parochi ignavia quædam et timiditas, sed quia hac distributione laboris utrisque melius consulitur, et ægrotis et sanis, quum posteriores illi aliter timerent contagionem per parochum.

R. 3. Nihilominus parocho, etsi vicarium idoneum habeat, non licebit tempore contagionis ex parochia simpliciter recedere. Quod sequitur ex natura suscepti muneris. Quum enim constitutus sit et ex justitia id agere debeat, ut parochiani mediorum a Christo institutorum, ad quæ per baptismum et fidei veræ professionem jus acquisierunt, re ipsa participes evadant, debet illis maxime tum præsto esse, quando mediis salutis maxime indigent, i. e. in periculo mortis, præsertim si periculum illud per contagiosum morbum evaserit commune.

Et revera, si medicus corporalis, pro cura ægrotorum publice institutus, qui tempore contagionis fugeret, merito vituperaretur : multo magis medico spirituali vituperio et crimini erit fuga vel immodicus timor.

Quo vero omnis dubitatio tollatur, habemus decretum S. Congregationis Concilii d. d. 6 Dec. 1576, imo eodem tempore ipsius S. Pontificis decretum, quod videre licet apud S. Alph., l. 6, n. 233, his verbis : « Sanctitatem suam decrevisse, parochos tempore pestis omnino teneri residere in suis ecclesiis, posse tamen per alium idoneum ministrare sacramenta baptismi et pœnitentiæ ; et si non resederint, contra eos procedendum esse, servata forma Tridentini, sess. 23, c. 1. »

Quæstio tertia.

An in omnibus, de quibus in casu, Titius peccaverit?

R. 1. Quod Titius in festis solemnioribus in tribunali pœnitentiæ assidue adstat, optime facit, male vero, quod aliis diebus se morosum exhibet. Quod dicit, excessum etiam in spiritualibus vitiosum esse, verum id quidem esse potest, et re ipsa vitiosum est, si qui sunt, qui sine debita præparatione et dispositione frequenter velint ad sacramenta accedere : hos igitur monendo et cohibendo non peccat. Attamen generatim solum ob *frequentiam* sacramenti recipiendi quempiam repellere, injustum est ex parte parochi; et quando hoc sæpius fit, etiam erga solos devotos, grave ipsi peccatum est, magis etiam si hoc agendi modo in causa est, cur reliqui quoque fideles, iique qui reconciliatione cum Deo indigent, accedere non audeant.

R. 2. Quoad graviter infirmos etiam optime facit, si quam citius omnia sacramenta iis administrat, ne scilicet protrahendo in causa sit, cur demum in extremis ægroto jam sensibus destituto sacramenta conferantur.

Quando vero periculum mortis adeo probabile est, ut Viaticum et extrema Unctio conferri possint, nihil quoque obstat, quin benedictio Apostolica ægroto conferatur, præsertim quum hæc effectum suum interim suspendat, isque in vero articulo mortis seu ultimo vitæ momento producatur vi benedictionis antea datæ. De qua re jam dubitari non potest. Habetur enim responsum S. Congr. Indulg. a S. Pontifice Leone XIII approbatum die 19 Dec. 1885 (v. *Acta S. Sedis*, vol. 18, pag. 414).

« Sequens dubium Patribus Cardinalibus dirimendum fuit propositum : « Utrum benedictio Apostolica cum indulgentia plenaria in articulo mortis dari possit post collata extrema sacramenta, quum periculum quidem mortis adest, non tamen imminens? » E[mi] et R[mi] Pater in generali Congregatione habita die 18 Dec. 1885 in ædibus Vaticanis responderunt : « Affirmative, » quam responsionem ex rei natura pro omnibus ægrotis Christifidelibus in mortis periculo constitutis valere dixerunt... Die insequenti... SS. D. N. Leo PP. XIII, responsionem adprobavit. »

Verum quod Titius postea non amplius ad ægrotum redeat, est omnino male actum. Atque si hæc Titii consuetudo est, ita ut fideles vereantur parochum denuo ad ægrotum vocare, maxime si mortis articulus instat, censeo omnino Titium graviter peccare.

Nimirum Rituale Rom. monet, « ingravescente morbo, parochus infirmum frequentius visitabit, et ad salutem diligenter juvare non desinet; *monebitque instante periculo se confestim vocari, ut in tempore præsto sit morienti.* » De quo S. C. interrogata, sit ne hæc obligatio, eaque gravis, a qua sola impossibilitas vel gravior aliorum necessitas excusaret, die 23 Martii 1878 respondit : « Standum præscriptionibus Ritualis Romani, in reliquis consulat probatos auctores. » V. *Acta S. Sedis*, vol. 11, pag. 188 sqq.

Noluit igitur S. Congregatio de gravitate hujus præcepti deque causis excusantibus decretum ferre; et merito, quia non una est ægrotis necessitas, neque una parochis opportunitas : qui enim populo quinque millium animarum solus præest, sane singulis eam curam impendere nequit, quam ille qui pro parochia mille animarum subsidium coadjutoris habet. Nihilominus necessitas in articulo mortis, etiam post suscepta sacramenta, gravissima esse potest : quare si erga sanos parochus se ita exhibere debet, ut fideles sine molestia, imo facile et libenter ad sacramenta accedant; multo magis iteratam sacramenti receptionem atque sacerdotale auxilium ægrotis et moribundis *facilem* reddere debet. Saltem igitur vocatus libenter debet ad ægrotos accedere, si potest, imo pro circumstantiis etiam non vocatus; et si periculum est, quominus ipse omnibus præsto esse possit, pro posse instruere debet alios etiam laicos, qui ægroto assistant, ut sciant cum ægroto actus necessarios, præsertim caritatem erga Deum et contritionem eamque perfectam, elicere. Hoc est gravissimum parochi officium, cujus notabilis neglectus non potest non esse mortale peccatum. Quare hac in re Titius a gravi peccato non videtur esse immunis.

R. 3. Titius, tempore contagiosi morbi fugiens graviter læsit officium suum; sed quum monitus rediit, in eo excusatur, quod curam sanorum sibi reservat, si vicarius ægrotorum curam, quantum necessaria est, gerit.

VII.

De obligatione denegandi sacramenta indignis.

CASUS.

Infirmatur graviter Bertha apud Caium virum divitem et cælibem, qui eam cum magno viciniæ scandalo non tam ut

famulam, prout asserebat, sed potius tamquam concubinam domi retinet. Vocatur Titius parochus, qui pluries eos ab invicem separare frustra curaverat, ut statim ad infirmam Viaticum deferat. Stupens domum Berthæ petit, eamque primo interrogat, utrum jam confessa fuisset. Exhibetur ab ipso viro, qui prope lectum ad latus infirmæ adstabat, schedula confessionis peractæ apud presbyterum, qui non optima penes Superiores gaudebat fama. Rogat Titius adstantes, ut paulisper recedant. Renuit herus et simul respondet infirma, se hoc unum quærere ut Viaticum statim recipiat. Tunc parochus gravi sermone ab eis sciscitatur, utrum confessarius aliquid ad publici scandali reparationem præscripserit. Nil respondent herus et mulier subridentes. Curat parochus, ut Caius, durante saltem mortis periculo, domo discedat, sed frustra. Inde conversus ad Bertham eam adprecatur, ut ad id consilii virum adducat. Sed illa : « ex hoc judicia vulgi confirmabuntur. » Subjungit parochus indignabundus : « et ego Viaticum non deferam ; » et his dictis discedit.

Post aliquot horas accurrit ad parochum famulus rogans, ut celeriter ad Bertham, jam jam morientem, Viaticum deferat. Dum Titius in eo est, ut Berthæ domum ingrediatur, admonetur, eam jam mortuam esse. Quo audito ad ecclesiam cum SS. Sacramento revertitur.

Quæritur :

1° *Quid de obligatione denegandi sacramenta indignis petentibus?*

2° *Utrum bene se gesserit parochus, negando prius et postea Viaticum deferendo?*

3° *Quid ab eo modo agendum?*

RESPONSIO.

Quæstio prima.

Quid de obligatione denegandi sacramenta indignis petentibus?

R. Quoad deneganda sacramenta generalis regula est, peccatori occulto quidem deneganda esse sacramenta, si

occulte petat, non deneganda si publice petat; peccatori autem publico sacramenta deneganda esse, sive occulte sive publice petat, idque tamdiu, quamdiu non dederit publico aliquo modo signa emendationis.

Quare qui publicum scandalum dare pergit, a sacramentis generatim excludendus est, donec publicum scandalum reparaverit. Pro articulo mortis autem, saltem relate ad absolutionem, manet regula, absolutionem dandam esse, conditionate saltem, *quamdiu non constet de indignitate.*

Quæstio secunda.

Utrum bene se gesserit parochus, negando prius et postea Viaticum deferendo?

R. Supponitur nunc, in casu allato, Bertham et Caium noluisse vel non potuisse inire matrimonium. Ex hac suppositione dabo *primo* responsum. Recte igitur egit Titius parochus negando Viaticum. Agitur enim de publica peccatrice, quæ scandalum reparare proximamque occasionem removere non vult. Neque satis est exhibere schedulam confessionis peractæ. Per eam enim in nostro casu scandalum nullatenus reparatur. Attestatio confessionis peractæ nondum est signum absolutionis receptæ; neque de ea in confessionis testificatione sermo esse potest. Verum, etsi absolutio data esset, esset temere data, neque propterea parochus impediretur, quominus postulare posset et deberet publici scandali remotionem, antequam de viatico ageretur.

Rituale Rom., loquens de Communione infirmorum, hæc habet : « Viaticum sacratissimi Corporis D. N. J. C. summo studio ac diligentia ægrotantibus opportuno tempore procurandum est, ne forte contingat illos tanto bono, parochi incuria, privatos decedere. Cavendum autem imprimis est, ne ad indignos cum aliorum scandalo deferatur; *quales*

sunt publici usurarii, concubinarii, notorie criminosi... nisi sese prius sacra confessione purgaverint, *et publicæ offensioni, prout de jure, satisfecerint.* »

Quare ne postea quidem, quum Titius ad Bertham jamjam morituram vocaretur, viaticum administrandum erat, nisi Bertha signa dedisset, se ex sua parte velle abrumpere concubinatum, seque eum nunc detestari. Nisi enim hoc aliquo modo probari potuerit, erat et mansit esse scandalum, viaticum ad Bertham deferre. Id unum potuit Titius facere, ut Berthæ, quæ nullum signum mutatæ voluntatis jam dare poterat, sed *fortasse* re ipsa se mutaverat, *sub conditione* absolutionem daret, vel etiam, si sensibus erat destituta, S. Unctionem, admonito populo, effectum quidem esse valde dubium, nihilominus in casu tam desperato Ecclesiam, piam matrem, non prohibere, quin extrema etiam tententur.

Si autem voluntas Berthæ mutata per unum alterumve testem probari poterat : Titio licuit S. Viaticum ad ægrotam deferre, eique etiam sensibus destitutæ, præmissa ad cautelam conditionata absolutione, S. Viaticum præbere. Quodsi enim Berthæ resipiscentia publica nondum fuerit, poterat tamen propter testes brevi publica fieri. Quod in articulo mortis sufficere debet, ut sacramenta administrentur.

Quæstio tertia.

Quid a parocho modo agendum?

Manente suppositione Quæsiti 2[i], sola res, quæ agitur, est, utrum Bertha ecclesiasticæ sepulturæ exsequiarumque particeps fieri possit. Si enim quæris, num *debeat* ecclesiastica sepultura donari, respondeo, non debere eam catholice sepeliri. Nam fuit hucusque publica peccatrix, quæ excludenda est ab ecclesiastica sepultura, neque paullo ante mortem, a parocho admonita, sese emendare voluit; quare,

merito privata censebitur jure ecclesiasticæ sepulturæ, nisi post repulsam parochi indubia signa melioris vitæ eam dedisse constiterit : quod sane non obtinuit.

Si autem quæritur, num summo jure ecclesiastica sepultura donari *possit*, videtur dicendum, ad hoc sufficere, ut quædam positiva, etsi dubia, signa mutatæ in melius voluntatis post repulsam parochi adfuerint eaque talia, ut per testes probari atque publica fieri possint. Quæ num revera data sint, indagandum est. At si nihilominus dubium manet, quid summo jure liceat, quid prudentia suadeat, parochus Episcopum consulere debet, neque eo inconsulto in hac re quidquam decernere.

Suppletur quæstio secunda.

Verum nunc responsum ad Quæs. 2^m compleri debet. Ex casu enarrato non patet, matrimonium inter Bertham et Caium esse impossibile. Si igitur possibile est, habetur medium auferendæ occasionis proximæ peccati et abolendi scandali. Illud medium sane tentandum est. Prior confessarius videtur ad id non attendisse; sed eo magis parochus debet ad hoc attendere. Res S. Pontifici adeo gravis visa est, ut ante paucos annos relate ad eos, qui vel civili tantum matrimonio conjuncti sint, vel alias in concubinatu vivant, amplissimam facultatem tribuerit dispensandi ab impedimentis matrimonii ecclesiasticis aliter dispensatu difficillimis, quo nimirum possibilitas abolendæ proximæ peccati occasionis in gravi mortis periculo amplissime extenderetur. Quodsi velint matrimonium inire, parochus statim curet, ut coram testibus negotium perficiatur; dein, audita denuo confessione, Bertham rite disponat, absolvat, reliquis sacramentis muniat, defunctam ecclesiastico ritu sepeliat.

VIII.

De simulatione sacramentorum.

CASUS.

Titius parochus excipiens confessionem duorum, qui mox matrimonium contracturi erant, accipit a viro, eum pluries et præcedenti etiam nocte cum sponsa letaliter peccasse; itemque gravem pecuniæ summam esse furatum, quam tamen se restituturum saltem promittere recusat. Eum utpote absolutione indignum hortatur parochus, ut a communione abstineat; sed frustra. Itaque conveniunt de particula consecrata illius ori tantum admovenda et in pyxidem statim reponenda; quod reapse peractum est. Facto crucis signo, ut moris est, sponsum inabsolutum Titius dimittit.

Excipit deinde parochus confessionem sponsæ quæ de turpibus cum sponso commissis ne verbum habet. Ex habito colloquio Titius novit, eam apud alium non potuisse confiteri. Prudenter hortatur, ut præteritæ vitæ peccata in statu conjugali suscipiendo sincere manifestet; at nihil inde proficit. Quare ne sacrilegium fiat, loco formæ sacramentalis aliquas preces submisse recitat. Insuper in Sacro faciendo particulam ab aliis sejunctam minime consecrare intendit eamque præbet sponsæ.

Quæritur :

1° *Quid sit sacramentum simulare?*

2° *An aliquando id liceat?*

3° *Quid de parochi agendi ratione quoad singula, prout in casu?*

RESPONSIO.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid sit sacramentum simulare?

In 1° Quæsito proponitur quæstio de simulatione seu fictione sacramenti. Fingere generatim dicitur is, qui non

sincere, sine animo aliquid agit, quod agere videtur. Sic etiam fictio seu simulatio sacramenti habetur, quando ritus quidem sacramentalis externe adhibetur, ita tamen ut a sciente committatur occultus defectus, qui reddat sacramentum nullum.

Habes ergo imprimis fictionem sacramenti in eo, qui cum sacramenti materia formam quidem conjungit, sed contraria seu vitiosa intentione ; attamen etiam in aliis casibus, quibus modo imperceptibili essentialis sacramenti defectus committitur, ita ut alii, quorum interest, in errorem et deceptionem inducantur (*Theol. mor.* II, n. 44).

A fictione seu simulatione omnino distingui debet dissimulatio, in qua nulla fit fictio, sed solummodo denegatio sacramenti tegitur seu occultatur. Ita v. g. qui pœnitentem monet, se absolvere non posse, sed ne adstantes quidquam animadvertant, super eum signum crucis efformat, dissimulat negatum sacramentum (*Theol. mor.*, ib., n. 45).

Quæstio secunda.

An aliquando simulare sacramentum liceat?

R. 1. Licet aliquando dissimulare in collatione sacramentorum, imo id aliquando fieri debet, ne aliter lædatur sigillum sacramentale vel aliena fama in periculum inducatur.

R. 2. Evenire potest, ut in matrimonio liceat consensum fictum ponere, v. g. si quis ex gravi metu ad ineundum matrimonium cogeretur. In quantum igitur hæc consensus fictio redundat in sacramentum, fictio *hujus* sacramenti licita esse potest, quia matrimonii sacramentum sequitur in omnibus naturam contractus. Recte autem negatur in tali casu esse proprie *sacramenti* fictionem. Matrimonium enim, etsi inter christianos *re simul* sit contractus et sacramentum, *ratione prius* est contractus, et quatenus contractus,

sacramentum. Titio autem seu simulatio in ejusmodi casu matrimonium respicit sub ipsa ratione contractus, quem simulans inire non vult, et ex gravi causa non vult. Internum igitur vitium, cujus culpabilis causa simulans non est, quum rationem contractus essentialiter afficiat, fictio contractus quidem recte dicitur, non sacramenti (Cf. S. Alphons., lib. 6, n. 62).

R. 3. In aliis casibus quælibet sacramenti fictio gravissimum peccatum est, quum sit abusus sanctissimæ rei divinitus institutæ, et mendacium reale per sanctissimas res commissum. Adjunguntur autem sæpe aliæ malitiæ, v. g. damnosa aliorum deceptio, in SS. Eucharistia simulata vel idololatrica adoratio.

Circa hoc est thesis ab Innoc. XI damnata (th. 29) : « Urgens metus gravis est causa justa sacramentorum administrationem simulandi. » De qua proscriptione S. Alph., lib. 6, n. 59, dicit : « Quamvis præfata propositio non loquatur de quocumque metu, tamen commune est apud Doctores, non licere administrationem sacramenti simulare etiam ob metum mortis. »

QUÆSTIO TERTIA.

Quid de parochi agendi ratione quoad singula, prout in casu?

R. In *primo* casu simulatio sacramenti non habetur, neque in conficiendo, neque in conferendo. Habetur enim particula vere consecrata, neque simulate Titius aliquid confert sponso impœnitenti; verba in porrigenda sacra particula usitata verum sensum retinent, etiamsi proferantur super eum, qui sacram hostiam non sumit, sed solum adorat. *Dissimulat* autem Titius, quod sponsum impœnitentem in distribuenda S. Communione prætereat : quod in se illicitum non est neque in praxi vituperandum, si ex gravi

causa ita convenitur; verum res non est adeo tuta, quum præteritio ab aliis animadverti possit, ac proin effugium difficulter et in magnis tantum angustiis consulendum. Licere sic agere, habes etiam ex S. Alphonso, qui, lib. 6, n. 61, dicit : « In casu, quo aliquis non poterit se disponere ad Communionem, posset aliquando convenire cum parocho, ad infamiam vel scandalum vitandum, ut hic dicat tantum super ipso verba : *Corpus Domini nostri, etc.*, et non præbeat hostiam. »

Quod autem *secundo* dicitur, Titium, *facto crucis signo*, sponsum non absolutum dimisisse, omnino recte actum est; imo sic agi plane debuit. Non enim licuit impœnitentem absolvere, neque aperta absolutionis denegatione eum infamare cum sigilli sacramentalis læsione; nihil ergo reliquum erat, nisi ut declararetur pœnitenti, absolutionem dari non posse, et ut dein coram aliis hæc denegatio tegeretur seu dissimularetur : quod fit efformando signum crucis, quum loco absolutionis aliæ preces recitantur (Cf. S. Alph., lib. 6, n. 59).

Tertio similiter egit cum sponsa, quæ peccata certo commissa tacet, ita tamen, ut ipsam non moneat : monere enim minime potuit. Si Titius, ut hic supponitur, PLANE CERTUS erat de sacrilega sponsæ confessione, *potuit* ita agere, sed *obligatus non erat*, neque hoc modo ullum peccatum impedivit. Breviter dabo rationem eorum, quæ dixi :

1. Potuit sic dissimulando absolutionis formam omittere. Nam quoniam certus erat, absolutionem fore nullam, non tenebatur inutile aliquid facere. Neque adest talis usus notitiæ confessionis qui sive peccatum aliquod manifestet, sive gravamen aliquod pœnitentibus afferat.

2. Neque tamen hoc modo ullum peccatum impedivit. Sponsa enim debuit omnino relinqui in persuasione, se recepturam esse absolutionem, quam petiit, et cujus dene-

gandæ ratio non poterat sumi nisi ex notitia, quam Titius habuit ex priore confessione sponsi. Mulier igitur sacrilege petiit absolutionem et secundum ipsius persuasionem et voluntatem recepit. Quare ex ejus parte omnia completa erant neque impediri poterant, quæ ad sacrilegam susceptionem sacramenti pœnitentiæ requiruntur. Hinc :

3. Titius obligatus non erat, absolutionis formam omittere. Sola ratio, cur videri possit esse obligatus, ea est, quod non videatur ei licere, verba sacramentalia *scienter* frustra pronuntiare. Verum hæc regula in nostro casu fallit. Illud *scienter* in nostro casu non omnino recte dicitur. Titius enim scientiam habet tantum sacramentalem; hæc autem est, ac si non adesset; rarissime erit obligatio extra ipsius pœnitentis confessionem hac scientia utendi, sed pro regula est : « Confessarium ex rebus in confessione auditis non obligari sive intra sive extra confessionem aliquid facere vel omittere, ad quod non obligaretur, si confessionem nullam unquam excepisset » (Cf. *Theol. mor.*, II, n. 429 et Gobat, *Theol. experim.*, tr. 7, n. 875).

Quodsi Titius istam scientiam ex confessione sponsi haustam *pro nulla* habet, non potest non pronuntiare absolutionem in sponsam; ergo sic saltem agere *licet*. Quod autem hanc rationem attinet, absolutionem effectu suo frustrari : id permittitur et pro multis casibus permitti debet, quum certe semper exsistere possint vel existant pœnitentes, qui et se et confessarium fallant.

Addo nunc : Quoniam confessario in similibus casibus licet verba absolutionis proferre, magis inclinare debet in id, ut proferat, quam ut omittat. Omittere enim periculosum esse potest, si hanc praxim et consuetudinem confessarius sibi statuat. Videri enim sibi potest aliquando certum, pœnitentem sacrilege aliquid tacere, et nihilominus falli potest. Si autem fallitur, fallitur in magnum damnum

pœnitentis; aliter, si solet potius absolutionis formam proferre.

Demum *quarto* Titius gravissime fallitur atque ob solam inscitiam, si adfuit, excusari in eo potest, quod particulam non consecratam sponsæ insciæ pro Communione præbet. Nam subjectivam malitiam sacrilegæ Communionis nullatenus in ea impedit, causat vero materialem idololatriam, quum feminam inducat ad adorandam particulam non consecratam. Verum neque potuisset cum femina sciente et consentiente sic agere : commisisset enim idololatriam simulatam (S. Alph., lib. 6, n. 61).

AUG. LEHMKUHL, S. J.



BIBLIOGRAPHIE.

I.

I. DE MORALI SYSTEMATE S. ALPHONSI-MARIÆ DE LIGORIO HISTORICO-THEOLOGICA DISSERTATIO, auctore Leonardo Gaudé, Congr. SS. Red. presbytero. — Romæ, ex typographia a Pace, Philippi Cuggiani, in Vico *a Pace*, num. 85; 1894. — 1 vol. in-8°; 146 pag.

II. DE SYSTEMATE MORALI ANTIQUORUM PROBABILISTARUM. Dissertatio historico-critica, auctore Francisco Ter Haar, Congregationis SS. Redemptoris. — 1 vol. in-8°; 109 pages. — Librairie H. & L. Casterman, 66, rue Bonaparte; Tournai (Belgique). 1894.

I. Quel a été en fait le système suivi et enseigné par saint Alphonse sur le probabilisme? Voilà une question qui, de notre temps, a notablement divisé les théologiens; beaucoup de brochures ont été écrites en divers sens, et, comme le dit le R. P. Gaudé, nous avons vu sur ce sujet des controverses retentissantes, qui ne paraissent pas avoir abouti à une solution définitive.

Enfant de saint Alphonse, occupé depuis sept ans à la préparation d'une nouvelle édition des œuvres morales de son vénéré Père, le R. P. Gaudé aborde à son tour la question. Ce qui l'y a déterminé, c'est l'étude approfondie qu'il a été obligé de faire des textes : « Plus heureux que mes devanciers, j'ai pu compulser toutes les éditions originales des œuvres du saint Docteur; dans mon travail, je me suis uniquement basé sur les éditions imprimées du vivant de

l'auteur ; j'ai suivi dans mes recherches l'ordre chronologique, de manière à constater le progrès incessant et la prudente élaboration du système. La présente dissertation est le fruit de ces recherches. »

On remarquera dans ce passage que le R. P. Gaudé parle du *progrès incessant* du système de saint Alphonse. Sa pensée est en effet qu'il y a eu progrès et changement dans les idées du saint Docteur : « La source principale du malentendu et de l'incertitude », c'est toujours l'auteur qui parle, « est formée par le grand nombre d'opuscules différents écrits par saint Alphonse sur cette matière. Il faut l'avouer : plusieurs de ces écrits sont difficiles à concilier ; mais on n'a peut-être pas assez tenu compte qu'un certain nombre d'entre eux sont de simples essais ; et l'on a voulu donner comme authentique et définitive une doctrine qui, dans la pensée du saint Docteur, n'était qu'une ébauche, un point de départ. »

En somme, d'après le R. P. Gaudé, saint Alphonse a d'abord été probabilioriste, puis probabiliste pur et simple ; et il a soutenu le probabilisme en deux brochures, qui ont paru sans nom d'auteur en 1749 et 1755 et n'ont pas été mises dans le commerce. Le saint Docteur a fait une fois allusion à l'une de ces brochures dans une lettre écrite en 1755 ; il ne les a jamais citées dans ses ouvrages ; bien plus, de probabiliste pur et simple, il est devenu équiprobabiliste, et a réellement changé d'opinion. Son système se résume en cette proposition : il est permis de suivre l'opinion favorable à la liberté dès quelle est aussi probable ou *à peu près* aussi probable que l'opposée ; si elle est *notablement moins probable*, on ne peut plus la suivre. Mais comment reconnaître qu'une opinion est notablement moins probable que son opposée? Saint Alphonse l'explique en l'appelant : « notabiliter, *aut certo* minus probabilis, notabiliter, *aut*

certo probabiliore. » Et cette explication est suffisamment précise. « Sapientissime utique Alphonsus *notabiliter probabiliorem* hac altera voce : *certo probabilior* determinavit. Hæc enim vox *notabiliter probabilior*, quum plus vel minus recipiat, seu plures ac diversos gradus admittat, habet sensum indeterminatum, qui per se solum nequit esse norma liciti vel illiciti : regula enim certa esse debet ac determinata. Talem autem sensum ingerit vox *certo probabilior*. »

L'auteur cite une lettre de saint Alphonse, qui montre combien il tenait à son système : « Hoc meum systema adeo verum æstimo, ut si quis in mea diœcesi sententiam *certo* minus probabilem tenere vellet, jurisdictionem ei abnuerem. Sed nec eam concederem ei, qui nollet impertire absolutionem pœnitenti sequenti sententiam *æque* probabilem. »

Telles sont les conclusions du R. P. Gaudé : « Ai-je réussi », dit-il, « à découvrir le vrai sens de saint Alphonse et à l'expliquer d'une façon que le saint n'eût pas désavouée? Je le crois.... En tout cas, le modeste travail que je vous offre est une œuvre de patience et de bonne foi. » C'est aussi une œuvre d'érudition, et on ne la lira certainement pas sans profit; aussi recommandons-nous sincèrement cet opuscule à tous ceux qui sont désireux de mieux comprendre saint Alphonse.

II. Très intéressante aussi est la seconde dissertation annoncée plus haut. C'est un autre enfant de saint Alphonse, qui travaille, comme le précédent, pour la gloire de son Père et se propose de défendre le *Système* moral de saint Alphonse contre certains adversaires de notre temps.

Le R. P. Franç. Ter Haar se place à un autre point de vue que le R. P. Gaudé; il ne s'agit pas, pour lui, de rechercher dans les œuvres et les éditions successives du saint Docteur en quoi consiste son *Système moral* : il le suppose

connu, et est d'ailleurs pleinement d'accord avec le R. P. Gaudé. Il est bien certain pour lui que saint Alphonse a enseigné l'équiprobabilisme tel que le R. P. Gaudé le définit, et qu'il permet de suivre l'opinion favorable à la liberté toutes les fois qu'elle est *aussi* probable que l'opposée ou *à peu près*, mais ne le permet plus dès qu'elle est *notablement* ou *certainement* moins probable. Il est avéré également pour lui que saint Alphonse a d'abord hésité, et n'a donné à son système son unité et sa perfection qu'après plusieurs essais; les deux Dissertations de 1749 et de 1755 restent comme preuve de ces hésitations : « Primas illas Dissertationes *anonymas* et ad *paucorum* tantum exemplarium numerum typis mandavit, in omnibus autem operibus tunc temporis *suo nomine* editis a quæstione... expressis verbis *præcidit*; denique nullibi posthac de prioribus hisce lucubrationibus mentionem fecit, aut lectorem ad eas remisit, sed eas, ut prælusiones et tentamina quædam, neglectas, oblivioni traditas, ipsisque suis adversariis ignotas habuit. »

Mais là n'est point la question que l'auteur se propose de traiter; il a vu que les théologiens modernes font valoir, contre l'équiprobabilisme de saint Alphonse, l'autorité de presque tous les probabilistes qui ont précédé le Saint. On oppose ainsi le Probabilisme pur et simple à l'équiprobabilisme de saint Alphonse et il est assez de mode d'invoquer en faveur du premier l'autorité ou, comme on dit, le concert unanime des plus graves théologiens. C'est cet argument que le R. P. Fr. Ter Haar se propose de renverser; et il entend démontrer par des citations nombreuses des anciens théologiens : « hanc recentiorum assertionem a veritate historica plane dissentire, eorumque idcirco argumentationem falso niti fundamento. »

Il distingue en conséquence avant saint Alphonse : 1° Les *équiprobabilistes*, ou *probabilistes modérés*, qui, dans le

doute sur l'existence d'une loi, permettent de suivre l'opinion favorable à la liberté quand elle est *aussi* probable, ou *à peu près*, que l'opposée, mais veulent que l'on suive l'opinion qui tient pour la loi dès qu'elle est *notablement* ou *certainement* plus probable ; — 2° Les *probabilistes purs et simples*, qui permettent encore de suivre l'opinion favorable à la liberté quand elle est *évidemment*, *certainement*, *notablement* moins probable que l'opposée, du moment qu'elle peut s'appuyer sur une raison grave *en soi*, abstraction faite de la comparaison avec l'opinion opposée ; — 3° Enfin, les *probabilistes* dont le système est plus ou moins *obscur* et *ambigu*, parce qu'ils permettent de laisser l'opinion plus probable et de suivre celle qui l'est moins, sans définir de quelle probabilité ils veulent parler : « utrum de *dubie* aut *paulo*, an de *certe* et *notabiliter* probabiliore... loquantur ».

Passant ensuite en revue les différents théologiens antérieurs à saint Alphonse, l'auteur montre que beaucoup, et non des moins illustres, doivent être rangés parmi les équiprobabilistes ; il cite aussi les principaux probabilistes purs et simples ; et il fait voir que, parmi ceux qui se sont exprimés d'une manière obscure ou ambiguë, il en est un bon nombre qui se rapprochent de l'équiprobabilisme.

Enfin l'auteur conclut que, avant saint Alphonse, « plures et numero et pondere fuerunt æquiprobabilistæ, quam probabilistæ puri. » Et il ajoute : « Ex antedictis prono velut alveo fluit hæc conclusio : contra historicam veritatem agunt, qui *unanimem*, ut dicunt, *omnium fere probabilistarum consensum æquiprobabilismo opponunt*. Enimvero, ut merito ait S. Alphonsus, *hæc materia tunc erat valde confusa ; unde confuse*, obscure, hæsitanter, parum caute et diligenter *de ea loquebantur auctores*. Nullus idcirco inter eos exstitit consensus unanimis, neque quoad systematis limites, neque quoad materiam ad quam pertinet, neque

quoad ipsum statum quæstionis. Sensim pedetentimque, occasione præcipue oppugnationum Jansenistarum, graviumque contentionum theologorum, hocce systema explicatum et castigatum est; donec tandem *S. Alphonsus*, quem oracula Pontificia in primis *adversus jansenianam sectam divinitus missum* testantur, atque *inter implexas theologorum sive laxiores sive rigidiores sententias tutam stravisse viam* proclamant, grande hoc opus complevit, et controversiam hanc, inter omnes maxime implexam, dilucidavit atque solvit, nostroque judicio plane diremit. »

Cette brochure avait sa place à côté de celle du R. P. Gaudé; nous la recommandons à toute l'attention de nos lecteurs et nous souhaitons qu'elle concoure à faire de mieux en mieux connaître saint Alphonse.

II.

INSTITUTIONES MORALES ALPHONSIANÆ seu Doctoris Ecclesiæ S. Alphonsi Mariæ de Ligorio doctrina moralis ad usum scholarum accommodata cura et studio P. Clementis Marc, Congregationis SS. Redemptoris. — Editio septima accuratius recognita. — Romæ ex typographia Pacis, Philippi Cuggiani, Vico *della Pace* n° 85. 1893. — 2 vol. in-8°, xii-905, 840 p. — Librairie H. & L. Casterman, 66, rue Bonaparte, Paris; Tournai (Belgique).

Nous sommes bien en retard pour annoncer la septième édition de cet excellent ouvrage; nous croyons bon cependant de la signaler à nos lecteurs. Ce n'est pas que nous ayons à nous étendre ni sur les mérites des *Institutiones Alphonsianæ* en général, ni sur les changements introduits dans la nouvelle édition. L'œuvre du R. P. Marc a pris une belle place au milieu des œuvres théologiques de notre temps, et,

dans l'état de perfection auquel est arrivée cette théologie, il ne peut plus se rencontrer de modifications à faire qu'en de petits détails ou par suite de décisions nouvelles des Congrégations romaines. Cette édition porte des modifications de ce genre ; elle n'en renferme pas d'autres.

On a eu la bonne pensée d'ajouter aux deux volumes des *Institutiones Alphonsianæ* un petit fascicule intitulé : *In Bullam Cruciatæ Commentariolum*. Il renferme le texte de la Bulle de la Croisade et des différents sommaires, et un commentaire de chacune des grâces ou faveurs accordées. Ce petit opuscule sera utile à ceux qui ont la théologie du R. P. Marc en Espagne, (car c'est de la Bulle accordée pour l'Espagne seule que l'on s'occupe) ; il servira aussi dans les autres pays à tous ceux qui ont à cœur de connaître les prescriptions disciplinaires des diverses nations.

III.

I. MISSALE ROMANUM. — Édition in-8°. — Prix : broché, 9 francs.

Idem Opus. — Édition in-18. — Prix : broché, 6 francs.

II. OFFICIUM HEBDOMADÆ MAJORIS A DOMINICA IN PALMIS USQUE AD SABBATUM IN ALBIS juxta ordinem Breviarii, Missalis et Pontificalis Romani editum. — Cum approbatione S. Rit. Congr. — 1 vol. in-18 ; 368-32 pages. — Prix : broché, 2,50 fr.

III. DIURNALE PARVUM sive EPITOME EX HORIS DIURNIS, continens Psalmos quotidie recitandos et Commune Sanctorum una cum Officio B. M. V. per annum atque orationibus propriis Sanctorum. — Editio tertia. 1 vol. in-12 ; 172 pages. — Prix : broché, 2,50 fr.

Idem Opus. — Editio quarta. — 1 vol. in-18 ; 172 pages. — Prix : broché, 2,50 fr.

IV. CÆREMONIALE MISSARUM SOLEMNIUM ET PONTIFICALIUM ALIÆQUE FUNCTIONES ECCLESIASTICÆ illustratæ opera Georgii Schober. Congregationis SS. Redemptoris sacerdotis. — 1 vol. in-12; 424 pages. — Prix : broché, 3,60 fr.

Ratisbonæ, Neo Eboraci et Cincinnati, sumptibus, chartis et typis FRIDERICI PUSTET, S. Sedis Apost. et S. Rit. Congr. typogr. 1894. — Librairie H. & L. Casterman, 66, rue Bonaparte, Paris; Tournai (Belgique).

I. Nous appelons toute l'attention de nos lecteurs sur les deux missels que vient de mettre en vente M. le Chevalier Pustet, éditeur pontifical. Inutile de dire que, comme caractères, papier, correction, les deux éditions sont dignes de celles qui sont sorties jusqu'à présent des presses de cet éditeur, qui, quoi qu'on fasse et qu'on dise, a conquis un rang à part parmi les éditeurs d'ouvrages liturgiques.

Le missel in-8° convient parfaitement pour les missionnaires, obligés bien souvent de transporter tout ce qui est nécessaire au sacrifice de la messe; il peut très bien aussi être adopté pour les chapelles privées, pour de petits autels dans une grande église; les caractères sont assez nets et assez gros, pour qu'on les lise avec une vue ordinaire. Le missel in-18 est très bon pour le liturgiste qui a constamment besoin dans ses études de consulter les rubriques du missel, et pour le prêtre qui cherche à préparer sa messe et à prévoir les mémoires qu'il doit y faire.

II. Très utile aussi sera l'*Officium hebdomadæ majoris*. C'est un charmant petit volume, très complet, pour toute la semaine sainte et la semaine de Pâques. Qu'on veuille bien remarquer que le titre le déclare composé « juxta ordinem Breviarii »; tout l'office s'y trouve, et l'on n'a point oublié les mémoires des Saints, qui peuvent se rencontrer dans les

premiers jours de la semaine sainte et les derniers de la semaine de Pâques ; « juxta ordinem Missalis » ; toutes les messes y sont à leur place ; « et Pontificalis » ; la fonction de la consécration des saintes huiles le jeudi saint y est aussi. Il sera très commode pour les prêtres d'avoir avec eux ce petit livre et de pouvoir se passer de leur bréviaire.

III. Nos lecteurs connaissent déjà le *Diurnale parvum* ; il contient tout ce qu'il faut pour dire les Heures du jour, quand la fête occurrente n'a de propre que l'oraison. Il est portatif et sert à ménager le bréviaire, ou dispense de porter avec soi ce dernier dans certaines courses un peu longues.

IV. Nous insistons surtout sur le *Cæremoniale missarum solemnium*, du R. P. Schober. Tous les liturgistes connaissent bien le *Liber de cæremoniis missæ*, où cet auteur a si bien commenté l'opuscule du même nom de saint Alphonse ; tous se plaisent à rendre hommage à la science de l'auteur dans les matières liturgiques. Cet opuscule ne traitait que de la messe basse ; le R. P. Schober le complète aujourd'hui en traitant des cérémonies de la messe solennelle, de ses diverses espèces, de la bénédiction et de l'aspersion de l'eau, de l'exposition et de la reposition du très saint Sacrement, enfin de la messe solennelle pontificale et des vêpres solennelles. Signalons aussi une introduction sur l'obligation des Rubriques, qui manque en bien des auteurs et a pourtant une importance considérable.

Nous n'avons pas à apprécier cet ouvrage après l'éloge que vient d'en faire S. E. le Cardinal ALOISI-MASELLA, Préfet de la S. Congrégation des Rites. Sa lettre est du 18 Juin 1894 ; nous sommes heureux de la mettre sous les yeux de nos lecteurs :

Admodum Reverende Pater,

Libenti equidem animo cum tuis litteris, die 29 Aprilis mox elapsi ad me datis, tuum librum accepi, nuper editum, cui titulus *Cæremoniæ Missarum solemnium et pontificalium*, etc. Sacræ ejusmodi Cæremoniæ in tuo volumine singillatim descriptæ, scite ac diligenter a Te explanantur juxta præscripta in Missali Romano et Cæremoniali Episcoporum, ac decisiones Sacri Consilii legitimis Ritibus cognoscendis præpositi. Tibi igitur, qui plura jam in bonum rei liturgicæ contulisti, maxime gratulor de hoc Opere, quod sane haud parvo labore summoque studio absolutum, id potissimum spectat, ut quam exactissime rubricarum placita observentur.

Quum vero illud maturo examini subjici, et Sacri hujus Consilii judicium postulaveris, tuis deferens votis, ab Illmo ac Rmo Viro D. Ignatio de Senestrey, Ratisbonensi Episcopo, amplissime commendatis, alteri e Consultoribus Sacræ ipsius Congregationis committendum censui, ut accurate tuum Opus inquireret, atque in eo studiose omnia perpenderet. Qui, diligenti examine instituto, nihil inde in tuo libro a se repertum asseruit, quod aut Missalis vel Cæremonialis rubricis, aut S. R. C. Decretis, aut scriptorum melioris notæ hac in re opinionibus, aut recto denique liturgico sensui apprime non sit conforme.

Habeas igitur hoc laudis testimonium, quo non approbatum modo, sed et magnopere commendatum volo tuum Opus; ex quo fructum haud levem Clericos omnes procul dubio percepturos esse confido.

Interim ut diu bene valeas, ex animo adprecor

Romæ, die 18 Junii 1894.

Tui studiosus

CAJ. CARD. ALOISI-MASELLA, S. R. C. PRÆF.

Admodum Reverendo Patri Georgio Schober e Cong. SSmi Redemptoris, Ratisbonam.

Après un éloge aussi complet, émanant d'une aussi haute autorité, il ne nous reste plus qu'à féliciter l'auteur et à souhaiter à l'ouvrage le succès qu'il mérite.

III.

LES ORDINATIONS ANGLICANES, par Fernand DALBUS. — In-8°, 40 pages. Arras, Sueur-Charruey, imprimeur-libraire-éditeur, 1894. — Librairie H. & L. Casterman, 66, rue Bonaparte; Tournai (Belgique).

C'est une question depuis longtemps soulevée que celle de la validité des ordinations anglicanes; M. Fernand Dalbus y revient et l'examine sous diverses faces. Il se demande d'abord si le rite de l'ordinal anglican, tel qu'il a été composé et pratiqué depuis 1552, est suffisant pour la validité de l'ordination; et sa conclusion est que, *pris en lui-même*, il *pourrait* l'être. C'est très contestable, parce que le rite du Pontifical, est notablement altéré; aussi M. Fernand Dalbus n'ose-t-il pas répondre plus catégoriquement. Il a raison en cela. Nous comprendrions qu'il eût été plus sévère, et eût affirmé nettement l'insuffisance.

En second lieu, il recherche quelle a été la consécration de l'anglican Parker, auquel il faut toujours remonter pour les ordinations anglicanes. Sa conclusion, sous ce rapport, est que Parker a été certainement consacré en fait, mais « qu'un doute subsiste au sujet de l'intention du consécrateur. » Nous aurions désiré une argumentation plus serrée sur la discussion de ce doute. Nous renverrions volontiers l'auteur à une décision du Saint-Office concernant l'intention nécessaire pour l'administration du baptême; elle est du 18 Décembre 1872 et a été publiée dans la *Revue des sciences ecclésiastiques* (Août 1879), et dans la *Nouvelle*

Revue Théologique, IX, page 453 : elle donne la juste mesure de l'intention nécessaire et aurait pu servir à l'auteur dans la discussion actuelle.

Enfin, M. Dalbus étudie les ordinations des prêtres anglicans, constate qu'il y manque la porrection des instruments, et insiste sur l'opinion qui reconnaît à l'Église le pouvoir de changer la matière des sacrements suivant les lieux et les temps; il soutient que l'Église a usé de ce pouvoir en rendant essentielle pour la validité de l'ordination cette porrection des instruments, et, en conséquence, conclut à la nullité des ordinations anglicanes. Nous devons faire observer que M. Dalbus s'appuie ici sur une opinion. Tout au plus la validité des ordinations anglicanes pourrait-elle être douteuse de ce chef et sujette à réitération conditionnelle; or, l'Église a pour pratique d'ordonner sans aucune condition les anglicans convertis.

Mais si nous trouvons l'argumentation de l'auteur discutable, nous ne pouvons aujourd'hui qu'applaudir à ses intentions, à son désir de l'union, ou même à la résolution qu'il suggère aux évêques anglicans, celle de présenter leurs arguments sur la validité des ordinations anglicanes à l'examen du Saint-Siège. Nous aurons, du reste, à revenir sur ce sujet, pour rendre compte d'une dissertation très étudiée et très complète, extraite du *Canoniste contemporain*.

IV.

LE DROIT SOCIAL DE L'ÉGLISE ET SES APPLICATIONS DANS LES CIRCONSTANCES PRÉSENTES, par P.-Ch. M., Docteur en droit. — Deuxième édition. Paris, Larose, libraire-éditeur, 22, rue Soufflot; Victor Retaux et Fils, libraires-éditeurs, 82, rue Bonaparte. — 1 vol. in-12, 414 pages. — Librairie H. & L. Casterman, 66, rue Bonaparte; Tournai (Belgique).

« C'est là, estimons-nous, une affirmation à produire sans ambages, par ces temps de négation et de violences sacrilèges : Le droit social de l'Église. Aussi bien les vérités à demi formulées n'ont-elles jamais rien sauvé. C'est avec des principes, et non avec des expédients que se régissent les hommes. »

Voilà un début qui nous plaît, et ce qui nous plaît davantage encore, c'est de voir que le livre tient ce qu'il promet. Expliquer les notions de *droit* et de *société*, faire voir que l'Église est une société parfaite, tout autant que la société civile; montrer la distinction de ces deux sociétés et l'indépendance de la société spirituelle; dire quelles doivent être les relations de l'État et de l'Église, quels sont les devoirs de l'État vis-à-vis de l'Église; appliquer ces principes aux questions actuelles, examiner successivement l'*Exequatur*, l'intervention de l'État dans la nomination des dignitaires ecclésiastiques, l'administration de la mense épiscopale *sede vacante*, l'appel comme d'abus, les immunités, les cimetières, les congrégations religieuses, etc., donner sur toutes ces questions des réponses justes et bien prouvées; voilà tout le livre, et nous ne ménagerons pas nos félicitations à l'auteur. Nous faisons des vœux pour que cet ouvrage soit lu et très lu, par les prêtres et les laïques, et surtout par tous ceux qui s'occupent des questions sociales ou qui ont à prendre part aux luttes politiques et religieuses du jour; ils en retireront assurément les meilleurs fruits.

V.

I. MAXIMES ET CONSEILS SPIRITUELS DU VÉNÉRABLE PÈRE DE LA COLOMBIÈRE, de la Compagnie de Jésus. — 1 vol. in-32, 105 pages. — Prix : 0,30 cent.

II. LETTRE ENCYCLIQUE DE SA SAINTETÉ

LÉON XIII, AUX PATRIARCHES, PRIMATS, ARCHEVÊQUES ET ÉVÊQUES DU MONDE CATHOLIQUE SUR L'ÉTUDE DE LA SAINTE ÉCRITURE. Texte latin et traduction française, avec notes marginales. — Brochure in-8°, 60 pages. — Prix : 0,50 cent.

III. SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI LEONIS PAPÆ XIII ALLOCUTIONES, EPISLOLÆ, CONSTITUTIONES, ALIAQUA ACTA PRÆCIPUA. — Vol. III (1887-1889), 1893; Vol. IV (1890-1891), 1894. — 2 vol. in-8°, 338-331 pages. — Prix, sur papier ordinaire : 2 fr. 50; sur papier Wathman : 6 francs.

IV. L'ÉLOQUENCE DE LA CHAIRE, histoire littéraire de la prédication. Ouvrage orné de nombreuses citations, par l'abbé Édouard BOUCHER, du clergé d'Amiens, membre des Antiquaires de Picardie. — 1 vol. in-8°, 472 pages. — Prix : 5 francs.

V. MÉNOLOGE ou LIVRE D'OR DES CURÉS ET DES PRÊTRES SÉCULIERS, par l'abbé BAURENS DE MOLINIER, postulateur de plusieurs causes de canonisation. — 1 vol. in-8°, 300 pages. — Prix : 3 francs.

VI. LE MIRACLE EN FRANCE AU XIXe SIÈCLE, par ARTHUR LOTH. — 1 vol. in-8° jésus, 364 pages. — Prix : 5 francs.

VII. VIE DU P. JACQUES LAINEZ, second Général de la Compagnie de Jésus, par le P. JOSEPH BOERO, S. J., suivie de la Biographie du P. Alphonse Salmeron, par le même auteur. — 1 vol. in-8°, 304 pages. — Prix : 3 fr. 50.

Société de Saint-Augustin, Desclée, De Brouwer et Cie, Lille. — Librairie H. & L. Casterman, 66, rue Bonaparte; Tournai (Belgique).

I. Le Vénérable P. de la Colombière a eu la gloire d'être tout spécialement choisi de Dieu pour soutenir, diriger la

bienheureuse Marguerite-Marie, et l'aider à propager la dévotion au Sacré-Cœur. En attendant une nouvelle édition complète de ses œuvres, on a réuni dans un tout petit opuscule ses Maximes et *conseils*, et on les offre à la méditation des âmes pieuses. Chaque maxime est très courte, mais de nature à se graver dans l'esprit et à porter à une pratique solide de la vertu.

II. L'*Encyclique sur les études bibliques* met fin aux discussions sur l'inspiration des saintes Écritures que quelques-uns voulaient trop restreindre ; elle trace les règles d'une saine interprétation de nos saintes lettres. La Société de Saint-Augustin a compris que cette Encyclique devait être propagée et elle l'offre à un prix modique, texte latin et traduction française en regard. Des notes marginales donnent le résumé de chaque paragraphe et aident le lecteur à suivre l'enchaînement des idées.

III. Les *Acta præcipua SS. D. N. Leonis PP. XIII* sont d'une tout autre importance qu'une Encyclique détachée. Nous avons annoncé dans le temps les deux premiers volumes de cette collection qui permet au clergé de se nourrir des enseignements de Léon XIII, et nous avons dit combien elle serait précieuse ; nous sommes heureux de la voir se poursuivre.

Signalons les notes marginales, qui condensent la pensée développée dans chaque partie des documents. Elles sont réunies à la fin du volume à la suite du titre des pièces, et forment une analyse très complète de chacune. De plus, le quatrième volume contient une table alphabétique qui permet de retrouver immédiatement les documents réunis dans les deux volumes ; enfin, une table alphabétique des matières renvoie à tous les endroits où il est parlé d'une même question.

IV. M. l'abbé Duval, vicaire-général d'Amiens, a adressé

à son Évêque un rapport très élogieux du livre de M. l'abbé Boucher. Ce livre est, en effet, intéressant et instructif. L'auteur remonte à Notre-Seigneur et aux Apôtres, puis passe à travers les siècles pour faire l'histoire littéraire de la prédication : il prend dans chaque temps les Pères ou les prédicateurs qui se sont distingués par l'art de persuader ou de toucher, cite des extraits de leurs œuvres, donne des appréciations ordinairement empruntées aux juges les plus compétents. L'ouvrage se termine par l'indication des sources et des travaux à consulter pour l'histoire littéraire de la prédication, et par une table alphabétique des prédicateurs cités dans le cours du livre. Nous félicitons M. l'abbé Boucher et faisons des vœux pour que son livre ait le succès qu'il mérite.

Quapropter obsecrat orator ut memorata facultas aggregationis ad universum orbem extendatur. Hac porro occasione postulat ut titulus ipsius Archiconfraternitatis aliquatenus immutetur, hac formula expressus : *Archiconfraternitatis SSmi Cordis Jesu pro libertate Romani Pontificis et salute universæ Societatis*. Quippe talis titulus nedum respondet fini, quem sibi speciali modo huc usque præstituit memorata Archiconfraternitas, sed etiam temporum adjunctis, quibus Romani Pontificis libertas impetitur et universa Societas in ruinam præceps ruit.

Et Deus....

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita, utendo specialibus facultatibus a SSmo D. N. Leone PP. XIII sibi tributis ad effectum de quo agitur, benigne annuit ut supradicta Archiconfraternitas sub titulo SSmi Cordis Jesu in memorata Ecclesia jam canonice erecta et facultate pollens per universam Galliam sibi aggregandi ejusdem nominis et instituti Confraternitates, valeat etiam alias per universum orbem erectas sub novo titulo in precibus relato, qui per præsens rescriptum recognoscitur et approbatur, vel in posterum erigendas perpetuo sibi addicere, eisque communicare indulgentias, privilegia, cæterasque gratias spirituales, dummodo vere sint communicabiles, quibus dicta Archiconfraternitas jam exornata existit, servatis tamen Constitutionibus Apostolicis et præsertim illa s. m. Clementis VIII quæ incipit *Quæcumque*, aliisque de jure servandis.

Et voici la partie importante du document qui concerne le changement de la prière quotidienne.

Beatissime Pater,

Joannes Baptista Lemius... (*ut supra*), enixe postulat ut in erectione Archiconfraternitatis SSmi Cordis Jesu, ad hoc quod omnes ex quavis gente fideles indulgentias eidem concessas lucrari possint, mutare liceat hæc verba : *Ayez pitié de la France*, in hæc alia : *Sanctifiez notre patrie.*

Et Deus...

S. Congregatio Indulgentias Sacrisque Reliquiis præposita, utendo facultatibus a SS. D. N. Leone PP. XIII sibi specialiter tributis, benigne annuit pro gratia juxta preces....

Insistons sur une expression de cette dernière supplique : *mutare liceat*. On *peut* changer l'invocation, on n'y est pas tenu ; et les indulgences sont gagnées soit que l'on récite la prière ancienne, soit que l'on adopte la formule nouvelle : *Sanctifiez notre patrie.*

IV.

ADORATION DU SACRÉ-CŒUR.

29. C'est à dessein que nous avons cité précédemment l'article V tout entier des Statuts de l'Archiconfrérie du Sacré-Cœur; il débutait par ces mots : « L'Archiconfrérie, se proposant d'honorer le Sacré-Cœur dans toutes les manifestations de son amour, admet pour ses associés différents règlements, tout en les obligeant à une pratique commune, etc. » L'association comptait ainsi plusieurs degrés, et le quatrième de ces degrés était celui de l'Adoration du Sacré-Cœur de Jésus. Aujourd'hui, les Statuts de l'Archiconfrérie sont remaniés; mais le partage des associés en plusieurs classes est maintenu. On distingue maintenant trois classes : la première est celle des simples *associés*, qui récitent chaque jour les prières indiquées; la seconde, celle des *Adorateurs*, dont nous devons parler dans cet article; la troisième, celle des *apôtres du Sacré-Cœur*, qui s'appliquent à en propager la dévotion et dont les zélateurs de l'Archiconfrérie font partie.

30. Les nouveaux Statuts exposent ainsi le but de l'Adoration du Sacré-Cœur :

L'amour croissant des membres de l'Archiconfrérie du Sacré-Cœur, canoniquement érigée dans la basilique du même nom, à Montmartre, a porté les plus fervents parmi les associés à atteindre les quatre fins suivantes :

1° Entourer le Très Saint-Sacrement, qui est le principal gage de l'amour du Sacré-Cœur, d'un culte continuel et plus fervent;

2° Expier les péchés qui déchirent ce Cœur très aimant, principalement ceux qui, comme les sacrilèges et les profanations, attaquent directement l'adorable Sacrement;

3° Obtenir que le règne du Christ s'établisse par un amour

répondant à l'amour divin dans les individus, dans les familles et les sociétés;

4° Prier pour que tous les chrétiens, n'ayant qu'un même cœur dans le Cœur de Jésus, dépensent et emploient leurs forces à la défense et à la propagation de la religion catholique.

31. Puisque les Adorateurs se recrutent parmi les associés de l'Archiconfrérie du Sacré-Cœur, il n'est pas besoin d'une inscription spéciale pour en faire partie. On distingue les Adorateurs diurnes et les Adorateurs nocturnes. Les premiers consacrent une heure par semaine, par mois, ou par trimestre à prier mentalement ou oralement devant le très Saint-Sacrement; ils choisissent eux-mêmes et font connaître cette heure. Les adorateurs nocturnes, composés exclusivement d'hommes, passent la nuit dans le sanctuaire de Montmartre, où le très Saint-Sacrement est continuellement exposé; en outre, des groupes d'adorateurs nocturnes peuvent se former dans les villes et les campagnes, et, avec la permission de l'Ordinaire, passer une ou plusieurs nuits par an devant le Saint-Sacrement exposé.

32. Les Adorateurs jouissent, bien entendu, des indulgences de l'Archiconfrérie du Sacré-Cœur, puisqu'ils en sont membres; ils n'avaient pas jusqu'ici d'indulgences spéciales. Le R. P. Lemius en a obtenu par rescrit du 30 mars 1894. La supplique commence par rappeler l'origine et le but de l'Adoration réparatrice, tels qu'ils sont contenus dans l'article du règlement cité plus haut; il demande ensuite les indulgences plénières suivantes, et la S. Congrégation « benigne annuit pro gratia in omnibus juxta preces. »

Ces indulgences ne sont pas applicables aux âmes du purgatoire : c'est une lacune, que l'on a l'espoir de combler. Le temps fixé pour les gagner n'étant pas désigné, va de minuit à minuit. Voici les jours et les conditions des indulgences :

1° Festo Epiphaniæ, Feria V in Cœna Domini, Festo SSmi Sacramenti, et semel mense Junio die cujusque arbitrio eligendo;

2° Ea die qua vel semel in tempore trimestri, vel semel in mense, vel semel in hebdomada pro classium diversitate, in adorationem SSmi Sacramenti horam integram insumunt;

3° Ea die qua intersunt illis Congregationibus in quibus processio SSmi Sacramenti peragitur;

4° Speciatim viris illis christianis Sodalitati adscriptis qui inter octavam vespertinam et sextam matutinam, hora integra coram SSmo Sacramento pernoctant. Quam quidem indulgentiam lucrari poterunt, sive ad sacram Communionem accedant prima die, sive secunda ex illis duabus quas dividit nox in qua fit adoratio;

5° Sodalibus qui zelatores sunt, semel in mense, item die cujusque arbitrio eligendo;

Dummodo præfatis singulis diebus, præter integram horam qua vel mentali aut orali orationi vacaverint, etiam vere pœnitentes, confessi ac S. Communione refecti Ecclesiam Sodalitatis aut aliam quamcumque seu publicum oratorium devote visitaverint et inibi pias ad Deum preces juxta mentem Sanctitatis Vestræ effuderint.

V.

ARCHICONFRÉRIE DE PRIÈRE ET DE PENITENCE EN L'HONNEUR DU SACRÉ-CŒUR DE JÉSUS.

33. Nous avons expliqué à propos de l'Adoration du Sacré-Cœur comment les Statuts de l'Archiconfrérie du Vœu national établissaient des catégories ou degrés parmi ses membres. L'un de ces degrés était autrefois l'*Œuvre de pénitence en union avec le Cœur de Jésus*. Cette œuvre, fondée à Dijon en 1879, avait été adoptée en 1882 à Paris et unie à l'Archiconfrérie du Vœu national; elle vient d'en être séparée. Le Saint-Siège, qui a récemment défendu le titre de *Cœur de*

Jésus pénitent, n'a pas même voulu laisser subsister le titre d'*Association de prière et de pénitence* EN UNION AVEC *le Sacré-Cœur de Jésus*, et il faut dire maintenant : EN L'HONNEUR (IN OBSEQUIUM) *du Sacré-Cœur de Jésus*.

34. Sous ce titre, le R. P. Lemius a obtenu, par un premier Rescrit, pour la nouvelle confrérie un certain nombre d'indulgences, toutes plénières et applicables aux âmes du purgatoire. Nous reproduisons le document en entier, parce que l'on y trouve le but et les œuvres de la Confrérie :

Beatissime Pater,

Sacerdos Joannes Baptista Lemius, e Congregatione Oblatorum B. M. V. Imm., Rector Ecclesiæ SSmo Cordi Jesu in Monte Martyrum (vulgo *Montmartre*) dicatæ in Archidiœcesi Parisiensi, ad pedes Sanctitatis Vestræ humiliter provolutus, exponit quod in dicta Ecclesia canonice erecta est pia Sodalitas sub titulo *Orationis et Pœnitentiœ in unione cum SSmo Corde Jesu*, cujus finis est : 1° Orationes supplicationesque ad Deum extollere, ut errantes homines resipiscant, vitam christianam amplectantur et Jesum Christum diligant opere et veritate, omnesque inter se concordes pro catholica religione tuenda et promovenda adlaborent; 2° Pœnitentiam agere pro hominum peccatis in dies ingravescentibus, ut divina Majestas placetur.

Quæ omnia sequenti modo Sodales assequi nituntur : nimirum ipsi in tres classes dividuntur, una die *a*) quolibet mense, vel *b*) bis in mense, vel *c*) singulis hebdomadis, serie quadam continua et ordinata, vacant orationi et piis pœnitentiæ exercitiis, ita ut nulla dies intercedat, qua SSmo Cordi Jesu non exhibeatur obsequium orationis et pœnitentiæ.

Porro ut finis hujus piæ Societatis, qui tam apte præsentibus calamitatibus, quibus angitur Ecclesia et Societas universa, consulit, magis foveatur, enixe postulat ut Christifidelibus eidem Sodalitati nomen daturis Indulgentias plenarias heic infrascriptas benigne tribuere dignetur, nimirum :

1. Die adscriptionis vel Dominica immediate sequenti eamdem adscriptionem;

2. Die a Sodalibus electa, qua ipsi, pro classium diversitate ad quas pertinent, orationi et pio aliquo pœnitentiæ exercitio devote vacaverint, aut si ea die legitimum impedimentum supervenerit, qualibet alia die eorum arbitrio eligenda;

3. Die festo S. Petri Principis Apostolorum;

4. Die festo S. Mariæ Magdalenæ Pœnitentis;

5. Die festo S. Benedicti Josephi Labre Confessoris;

6. Semel in mense Junii die cujusque ad arbitrium eligenda;

7. Semel in mense iis inter Sodales, qui *zelatores* nuncupari solent, quique curam impendunt Sodalitatis bono provehendo, facta cuilibet eorum facultate eamdem indulgentiam lucrandi qualibet infra eumdem mensem die, dummodo dictis diebus vere pœnitentes, confessi ac S. Communione refecti aliquam ecclesiam visitaverint et aliquamdiu ad mentem S. V. pie oraverint;

8. Tandem in mortis articulo, si vere pœnitentes, confessi ac S. Communione refecti, vel, quatenus id præstare nequiverint, saltem contriti SSmum Jesu nomen, ore, sin minus corde, devote invocaverint.

Quas omnes et singulas indulgentias humilis Orator expostulat ut Sanctitas Vestra declarare dignetur fore etiam applicabiles animabus igne purgatorii detentis.

Et Deus...

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis præposita, utendo facultatibus a SSmo Dno Nro Leone PP. XIII sibi specialiter tributis, benigne annuit pro gratia in omnibus juxta preces, immutato tamen ipsius Sodalitatis titulo in hunc alium, videlicet : *Sodalitas orationis et pœnitentiæ in obsequium SSmi Cordis Jesu*. Præsenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die 30 Martii 1894.

FR. IGNATIUS CARD. PERSICO, PRÆF.

A. ARCHIEP. NICOPOLIT., *Secret.*

35. Le même jour (30 mars 1894), la Confrérie, enrichie de si précieuses indulgences, était érigée en Archiconfrérie :

Omnes et singulos quibus hæ Nostræ Litteræ favent, peculiari benevolentia complectentes, et a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris ac pœnis, quovis modo vel quavis de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore censentes, memoratam Sodalitatem *ab oratione et pœnitentia in obsequium SSmi Cordis Jesu* in ecclesia existentem sub eodem SSmi Jesu Cordis titulo in Monte Martyrum penes civitatem Parisiensem, in Archisodalitatem cum solitis privilegiis perpetuum in modum erigimus atque instituimus.

Archisodalitatis autem sic erectæ Officialibus et Sodalibus præsentibus et futuris, ut ipsi alias quascumque sodalitates ejusdem nominis atque instituti ubique terrarum existentes, servatis tamen forma Constitutionis Clementis Papæ VIII Prædecessoris Nostri recolendæ memoriæ, aliisque ordinationibus apostolicis desuper editis, aggregare, illisque omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac pœnitentiarum relaxationes ipsi Sodalitati sic in Archisodalitatem a Nobis erectæ a Sede Apostolica concessas et alias communicabiles communicare licite possint et valeant, eadem auctoritate Nostra, harum litterarum vi, perpetuo item concedimus atque indulgemus.

Ce texte, que l'on pourra comparer du reste avec le passage du Bref cité plus haut, concernant l'érection de l'Archiconfrérie du Vœu national, dit assez les pouvoirs et les privilèges de l'Archiconfrérie nouvelle. On remarquera qu'elle est érigée non pour la France seule, mais pour l'univers entier.

36. D'ailleurs, l'érection de l'Archiconfrérie explique la séparation de cette branche ou de ce degré de l'Archiconfrérie du Sacré-Cœur ; ainsi que l'expose le Directeur de la nouvelle Archiconfrérie dans les avis qui précèdent le

règlement imprimé, il fallait cette séparation, « afin que l'Association puisse se répandre partout ; là, par exemple, où une confrérie du Sacré-Cœur différente de celle de Montmartre serait déjà établie. »

37. Mais il fallait une concession de plus encore. Pendant longtemps, l'Association de prière et de pénitence en l'honneur du Cœur de Jésus n'avait été qu'un degré de l'Archiconfrérie du Vœu national ; combien de fidèles, sans qu'une nouvelle inscription fût alors nécessaire, pratiquaient les œuvres de la nouvelle Archiconfrérie ? Les laisser en dehors de cette Archiconfrérie n'était pas possible ; et comment en feraient-ils partie sans une nouvelle inscription de leurs noms ? Et quelle difficulté pour rechercher ces noms et les inscrire ! Un dernier rescrit remédier à ces inconvénients. Le 12 avril 1894, la S. Congrégation des Indulgences a dispensé de l'inscription de leurs noms, les anciens associés de l'Archiconfrérie du Sacré-Cœur qui avaient embrassé le troisième degré, ou l'union de prières et de pénitence en l'honneur du Sacré-Cœur, « ita ut hi absque ulla nova adscriptione etiam inter sodales ejusdem Archisodalitatis Orationis et pœnitentiæ et habeantur, ad effectum ut debita opera præstantes valeant lucrari indulgentias sodalibus ejusdem Archisodalitatis concessas, et ex his etiam illam quæ elargita est pro die adscriptionis ab his acquirendam dominica die infra mensem ab accepta notitia hujus concessionis. Firma tamen remanente lege ut in posterum quælibet ex duabus memoratis Archisodalitatibus suum proprium et distinctum regestrum habeat in quo nomina Sodalium recenseantur. »

VI.

ADORATION PERPÉTUELLE ET UNIVERSELLE DU SACRÉ-CŒUR DE JÉSUS.

38. Nous venons de voir que l'Adoration du Sacré-Cœur est établie à Montmartre comme second degré de l'Archiconfrérie du Sacré-Cœur de Jésus pour la liberté du Souverain Pontife et le salut de la société. Le R. P. Beringer atteste que, depuis le 1er août 1885, jamais Notre-Seigneur n'est descendu de son trône de miséricorde, jamais non plus les adorateurs n'ont fait défaut un instant, ni le jour ni la nuit devant le divin Sauveur. De là est née une autre œuvre qu'il nous reste à faire connaître. Devant les attaques redoublées de Satan contre l'Église et le Souverain Pontife, contre les vocations cléricales, les ordres religieux, les écoles chrétiennes, etc., de pieux fidèles ont eu la pensée de réaliser, entre toutes les églises du monde et le sanctuaire de Montmartre, une union de prières et d'adoration, pour obtenir la diffusion du règne du Sacré-Cœur de Jésus dans le monde entier. C'est le 8 décembre 1890 que S. E. le Cardinal Richard, Archevêque de Paris, a approuvé et recommandé l'Œuvre, et un très grand nombre d'Évêques y ont adhéré depuis.

Voici en quoi elle consiste. Avec la permission de l'Ordinaire, chaque église s'entend avec le Supérieur de Montmartre et choisit un jour d'adoration solennelle par an. Le T. S. Sacrement est exposé la veille, à partir de six heures du soir environ, jusqu'au soir du lendemain, et l'adoration s'y fait en union avec le sanctuaire de Montmartre, pour les fins exposées ci-dessus. Les exercices se terminent par une consécration solennelle au Sacré-Cœur de Jésus, qui doit se renouveler chaque année. Chaque église reçoit d'ailleurs des

lettres d'affiliation en témoignage de son union avec le sanctuaire de Montmartre; et à chaque heure du jour et de la nuit, on prie à Montmartre pour les communautés affiliées, principalement pour celles qui ont l'adoration ce jour-là.

39. C'est le 6 mars 1893 que le Saint-Siège a accordé une indulgence pour cette Association. La supplique relate les faits :

Jam ab aliquibus annis invaluit consuetudo in multis ecclesiis exponendi, semel in anno, Sanctissimum Sacramentum adorationi fidelium per viginti quatuor horas continuas, in unione cum perpetua adoratione quæ fit in Ecclesia Montis Martyrum die ac nocte; ita ut numerentur hodie 1387 Ecclesiæ Cathedrales, Parochiales, Capellæ Monasteriorum et Oratoria, quæ elegerunt diem fixam ad perficiendam singulis annis hujusmodi adorationem. Quatuor Cardinales, undecim Archiepiscopi, quadraginta septem Episcopi aut Vicarii Apostolici hoc pium exercitium in suis diœcesibus approbarunt.

En conséquence, on demande, pour le jour de l'adoration de chaque église :

Indulgentiam plenariam, defunctis quoque applicabilem, lucrandam ab omnibus Christifidelibus qui confessi ac S. Communione refecti oraverint juxta mentem Sanctitatis Vestræ, et per mediam horam SSmi Sacramenti adorationem peregerint in supra memoratis omnibus ecclesiis..,

La S. Congrégation, usant des facultés à elle spécialement concédées par Sa Sainteté, « benigne annuit pro gratia juxta preces. »

40. Le R. P. Lemius ne s'est pas contenté de cette concession, et a signalé au Saint-Siège les deux points suivants.

1° Il est des églises qui ne peuvent avoir l'adoration nocturne; évidemment elles ne se trouvaient plus dans les condi-

tions de la supplique précédente et l'indulgence était perdue. Le R. P. Lemius a donc demandé :

Ut, si solemnis expositio ad 24 horas protrahi nequeat, ad 12 horas coarctari liceat, legitima tamen de causa a Supremo Moderatore Archisodalitatis SSmi Cordis in eadem ecclesia supra Montem Martyrum erectæ recognita et approbata.

2° D'autres églises ont l'adoration non pas un seul jour de l'année, mais plusieurs fois par an ; le R. P. a demandé :

Ut locis ubi pluries in anno, imo et semel in mense, fit adoratio SSmi Sacramenti in unione cum illa quæ quotidie in Monte Martyrum Parisiis peragitur, prædictam indulgentiam plenariam lucrari possint fideles quater in anno, servatis tamen iisdem conditionibus quæ ad eam lucrandam sunt impositæ.

Cette double demande a été couronnée de succès ; la S. Congrégation des indulgences, par rescrit du 19 avril 1894, « benigne annuit pro gratia in omnibus juxta preces ».

CONCLUSION.

Nos lecteurs connaissent maintenant les œuvres, les privilèges et les indulgences qui se rattachent au sanctuaire de Montmartre ; ils ont même, non pas les documents entiers qui concernent ces privilèges (les dimensions d'un simple article ne permettaient pas de les citer intégralement), mais un résumé fidèle et les passages importants de ces documents. Nous serons heureux si on nous dit que cet article a contribué à faire mieux connaître Montmartre, et qu'il a facilité le gain des indulgences. Nous nous abstenons de dresser un catalogue complet et exact de ces indulgences, parce que nous serions trop long et que nous en avons dit assez pour qu'il puisse être dressé facilement.

CONFÉRENCES ROMAINES.

Suite (1).

XII.

De subjecto baptismi.

CASUS.

Titius, fervens catholicus, cujusdam Judæi ingressus domum, quam frequenter adire ratione suæ artis consueverat, reperit infantem graviter ob variolas decumbentem, cui sola aderat Rebecca soror quinquennis. Titius, cernens infantem jam jam moriturum, zelo incensus sumpta aqua illi confert baptismum : quo accepto, moritur puer. Adstans Rebecca ab eo curiose postulat, quid tandem hoc esset, quod ipse fratri suo præstiterat. Reponit Titius : « Baptismum ei dedi, quo in æternum salvus erit et sine quo tu, pater et mater tua, æterno igne comburemini. » Illico Rebecca : « Quæso, baptiza etiam me. » Titius gaudens eam quoque baptizat, adjecta conditione, si christiane esset educanda.

Haud multo post idem Titius rescit, puerum quemdam jam septennem adhuc non recepisse baptismum ob parentum impietatem, qui, in fide catholica nati et educati, eidem deinde valedixerant. Hunc puerum quadam die advocat et strophiolo bene madefacto ejus frontem, quasi maculam abstergat, abluit, simulque baptismi formam pronuntiat. Data occasione omnia hæc a se gesta parocho narrat, qui rei gravitate perculsus secum quærit :

(1) Voir plus haut, pages 182, 360, 415, 539 et seq.

1° *An recte baptizentur filii infidelium parentibus invitis?*

2° *An idem dicendum de catholicorum filiis?*

3° *Utrum Titius infantes, de quibus in casu, licite et valide baptizaverit?*

4° *Quid sibi modo agendum?*

RESPONSIO.

Quæstio prima.

An recte baptizentur filii infidelium, parentibus invitis?

R. Quando quæritur, quid statuendum sit de baptizandis infantibus, quum inviti sint parentes, dicendum est :

1. Quando est imminens mortis periculum, quicumque infantes sunt, i. e. usum rationis nunquam adepti, baptizari possunt et debent, nulla habita ratione repugnantiæ parentum.

2. Quam primum filii adepti sunt usum rationis, in iis baptizandis sola ratio habenda est dispositionis filiorum, non voluntatis parentum : quia in negotio æternæ salutis quilibet sui juris est.

3. Extra mortis periculum, filii infidelium, qui usum rationis adepti nondum sunt, baptizari non debent : quia consequenter læderetur jus parentum, utpote quibus subducendi essent filii baptizati; atque periculo profanationis baptismus exponeretur, quum filii, baptismo non obstante, proclives sint sequendi vestigia et exempla parentum : cf. *Theol. Mor.* II, n. 86.

4. Ad conferendum illis infantibus baptismum, sufficit consensus *unius* ex parentibus, vel ejus ad quem paterna potestas transiit, si modo probabilis spes est christianæ seu catholicæ educationis, vel saltem periculum perversionis non nimis magnum. De quo varia exstant decreta S. Officii, quorum mentio fit in *Theol. Mor.* II, n. 83. Magis etiam

sufficit, si parentes utcumque jus in infantem amiserint, isque sub tutela catholicorum collocari possit.

Quæstio secunda.

An catholicorum filii recte baptizentur, parentibus invitis?

R. Ad filios catholicorum baptizandos Ecclesia plenissimum jus habet, si parentes impii nollent filios baptizari. Nam parentes subjacent hac in re, utpote ad fidem et religionem spectante, jurisdictioni Ecclesiæ. Neque dubitari potest, quin Ecclesiæ jus insit, ejusmodi parentes subtractione filiorum puniendi, quo melius ipsorum filiorum æternæ saluti consulatur.

R. 2. In exercendo illo jure Ecclesia juvari potest a potestate civili; imo Ecclesia per se jus habet, tale auxilium efficax a christiano gubernio postulandi.

R. 3. Accidere tamen potest, ut ob majora mala evitanda Ecclesia hoc jure suo practice uti non possit, atque contenta esse debeat, si opportunum duxerit, ut gravibus pœnis spiritualibus contra parentes adeo incurios vel impios procedatur.

Quæstio tertia.

Utrum Titius infantes, de quibus in casu, licite et valide baptizaverit?

R. Sine ullo dubio Titius optime egit baptizando infantulum illum graviter decumbentem : imo graviter peccasset, si, quum *posset* baptizare, non baptizasset.

R. 2. Aliud dicendum est de baptizanda Rebecca. Puella quinquennis nondum censetur habere usum rationis; quare, quum periculum mortis ei non immineret, invitis parentibus baptizanda non erat. Imo quoad filios Judæorum *specialis* exsistit prohibitio ex Constitutione Julii III : *S. Alphons.* lib. 6, n. 132.

Quodsi Rebecca re vera usum rationis habuisset, antea fuisset instruenda et dein, explorata ejus constantia, baptizanda a parocho.

R. 3. Attamen modus, quo Titius in baptizanda Rebecca usus est, rationem gravem injicit dubitandi de valore. Baptizavit adjecta conditione; conditio hæc « si christiane esset educanda, » est de futuro contingente; conditio autem de futuro contingente invalida facit sacramenta, si forte matrimonium excipias. Nam minister sacramenti ipse est, qui debet sacramentum perficere; atque impossibile est, hoc sive alienæ voluntati sive casui relinquere, quum non sit in ipsius potestate ritum illum sacrum efficienter sacramentalem reddere *per alios*. *Theol. Mor.* II, n. 28; *S. Alphons.* lib. 6, n. 26.

Neque quidquam valet, sensum illius conditionis « si Rebecca sit christiane educanda » fortasse ita conceptum esse a Titio, ut sit : « si Deus scit, eam christiane esse educandam », quam conditionem esse de præsenti, neque eam obesse sacramenti valori. Nam præterquam quod certum non sit, illum sensum a Titio esse intellectum, nihilominus longe probabilius etiam conditio sic concepta valori ex se obstat. Præscientia enim Dei *supponit* liberas actiones humanas; ergo etiam in hac conditione præscientiæ Dei verum est, veritatem sacramenti dependentem fieri ab actione quæ sit ministro aliena, — quod est contra naturam sacramenti. Omnino igitur assentiendum esse puto S° Alphonso, qui l. c. referens opinionem contrariam, quasi illa conditio « si Deus scit ita factum iri » valori sacramenti ex se non obstaret, ita pergit : « Sed huic opinioni rectius contradicunt Cont. Tournely, Concina, item Coninck... Ratio, quum Deus commiserit administrationem sacramentorum cognitioni et voluntati humanæ, nequit apponi conditio, quæ non possit cadere sub humana cognitione. »

R. 4. Neque recte egit Titius, puerum septennem, filium parentum catholicorum, sed impiorum, inscium baptizando. Puer septennis supponitur habere usum rationis; quare ne valide quidem baptizari potest, nisi ipse velit. Imo etsi supponis, illum puerum habuisse voluntatem recipiendi aliquando baptismi, tamen summopere dubium est, imo negandum omnino videtur, propterea istum baptismum tum temporis et tali modo a Titio collatum pro puero dici posse voluntarie receptum.

Insuper, nisi periculum fuerit in mora, non Titio, sed parocho competebat jus baptismum puero isti conferendi.

Quæstio quarta.

Quid modo sit agendum?

Responsa danda colliguntur ex antea dictis :

1. Puerulus Judæus rite baptizatus est; verum practice ejus cadaver relinqui debet parentibus judæis; nam si parochus illud reclamare vellet ad sepeliendum, tantæ perturbationes probabiliter excitarentur, ut ad gravissima mala impedienda omnia silentio sint premenda.

2. Rebecca valide baptizata non est. Quare si postea catholicam fidem velit profiteri, sine dubio denuo est baptizanda. Quod si facias *absolute*, mea opinione non peccas; poteris tamen addere conditionem : « si nondum es baptizata. »

3. Puer ille septennis parentum catholicorum a parocho erit requirendus, instruendus in doctrina christiana et exhortandus ad baptismi desiderium. Quod si velit recipere, atque debitam præparationem ostendat, omnino repetendus est baptismus, saltem sub conditione.

XIII.

De nominibus imponendis et de patrinis adhibendis in baptismo.

CASUS.

Titius infantulum sibi recenter natum baptizandum Caio parocho offert, qui a patre petit, quo nomine eum appellare velit et quem in patrinum selegerit. Quod ad primum attinet, Titius nomen pronuntiat impii cujusdam viri, qui præcipuus Ecclesiæ hostis fuit. Iram compescens Caius, patrem admonet, nonnisi nomina sanctorum, quæ in martyrologio describuntur, baptizandis imponenda esse. Verum Titius alte protestatur, se reducturum domum infantem, nec in posterum baptizaturum, si parochus nomen jam prolatum respuat.

Ad munus vero patrini obeundum se sistit vir quidam nobilis, sed religione schismaticus, a patre designatus et Caio bene notus. Hic non audet eum, prout deberet, repellere; tum quia non tam facile hanc repulsam ille pateretur, tum etiam ne nova inducatur contentionis occasio cum Titio. Bono fato Caius videt adstantem optimum catholicum, quem invitat, ut alterius patrini officio fungatur. Hic morem parocho gerit et accedens infantem manu tenet, dum alter rituum Ecclesiæ Romanæ ignarus mere adsistit ut testis, quin puerum tangat. In baptismo autem conferendo parochus infantem compellat nomine a patre designato, addito tamen submissa voce nomine cujusdam sancti.

Quæritur :

1° *A quonam patrini sint designandi et qui ad hujusmodi officium assumi nequeant?*

2° *Quæ nomina baptizandis imponi, quæ rejici debeant?*

3° *Quisnam ex duobus, de quibus in casu, ut patrinus sit habendus?*

4° *Utrum parochus in omnibus recte se gesserit?*

RESPONSIO.

Quæstio prima.

A quonam patrini sint designandi et qui ad hoc officium assumi nequeant?

Quæritur 1° de patrinis, qui esse possint, et a quo designandi?

R. 1. Designatio imprimis pertinet ad parentes, in quorum defectu parochus patrinos designet.

Parocho non primarie, sed solum secundarie illud jus competere clare habetur ex Trid. sess. 24, de ref. matrim. cap. 2, ubi ait : « Parochus, antequam ad baptismum conferendum accedat, diligenter ab eis, ad quos spectabit, sciscitetur, quem vel quos elegerint, ut baptizatum de sacro fonte suscipiant, et eum vel eos tantum ad illum suscipiendum admittat. »

R. 2. Designandi et admittendi non sunt, nisi « unus tantum, sive vir sive mulier, vel ad summum unus et una » Trid. l. c.; verum duos ejusdem sexus admittere, saltem si ejusdem sexus sint ac baptizandus, veniale tantum peccatum censetur esse S. Alphons., lib. 6, n. 155; plures adhibere, mortale peccatum est. Quare si forte parentes plures designaverint, parochus illos ut *testes tantum* admittat.

R. 3. Ut valide aliquis constitui possit patrinus, non requiritur, nisi ut sciat quid agat, et ut ipse sit baptizatus. Attamen licite constitui non possunt : 1. Monachi vel sanctimoniales, neque alii cujusvis ordinis regulares a sæculo segregati. (Rit. Rom. § *de patrinis*) : nam muneri curam agendi educationis satisfacere nequeunt; 2. Hæretici vel quicumque non sunt in unione cum Ecclesia; 3. Publici peccatores : ratio clara est, quia hi catholicæ educationi procurandæ inepti sunt. Cf. Rit. Rom., *ibid.*, quod habet : « Sciant

præterea parochi, ad hoc munus non esse admittendos infideles, aut hæreticos, non publice excommunicatos aut interdictos, non publice criminosos, aut infames, nec præterea qui sana mente non sunt, neque qui ignorant rudimenta fidei. »

R. 4. Ut autem re ipsa aliquis patrinus fiat, præter voluntatem qua is esse velit, requiritur, ut tempore ipsius baptismi baptizandum tangat, vel eum immediate post baptismum a baptizante recipiat. — Imo si quis præter designatos infantem etiam in actu baptismi tetigerit, patrinus re vera non est, neque ullam contraxit cognationem spiritualem : Trid., l. c. — Si autem designatus nullus esset vel ille ut patrinus se non gereret, omnes, quicunque patrini esse volentes infantem in actu baptismi tetigerint, illicite quidem, sed valide essent patrini, cum infante ejusque parentibus spiritualiter cognati : nam pro tali casu immutatum mansit jus Tridentino anterius.

QUÆSTIO SECUNDA.

Quæ nomina baptizandis imponi, quæ rejici debeant?

De nominis impositione, præceptum Ecclesiæ commune exprimitur in Rit. Rom. : « Curet *(Parochus)*, ne obscœna, fabulosa, aut ridicula, vel inanium deorum, vel impiorum ethnicorum hominum nomina imponantur ; sed potius, quatenus fieri potest, Sanctorum, quorum exemplis fideles ad pie vivendum excitentur, et patrociniis protegantur ».

Hinc possibile quidem est, ut particularis lex regionis severius præscribat, ut nomina ea sola sumantur, quæ in Martyrologio inveniantur descripta : communis lex severe jubens ea non est, sed suasio et consilium.

Quæ severe jubentur seu potius prohibentur, habes

expressa verbis illis : « curet, ne obscœna, fabulosa *etc.*, nomina imponantur ».

QUÆSTIO TERTIA.

Quisnam ex duobus, de quibus in casu, ut patrinus sit habendus?

Applicari debent ea, quæ dicta sunt de patrinis, ad ipsum casum propositum. Indubie dicendum est, non schismaticum illum virum, sed catholicum factum esse re vera patrinum.

Schismaticus ille infantem non tetigit, adeoque omisit ritum essentialem qui requiritur ut quis patrinus re vera constituatur.

Catholicus autem ille, qui infantem tetigit, implevit omnes conditiones, quæ ad patrinum valide constituendum requiruntur. Sola difficultas, quæ moveri potest, ea est, quod non sit designatus a parentibus. Verum 1) Si nullatenus legitime esset designatus, nihilominus factus est patrinus, quia ipse tetigit infantem, neque ullus designatus erat, qui tangeret. At 2) legitime designatus erat, non a parentibus quidem infantis; verum quum ab his seu a patre non designatus esset qui posset legitime admitti, neque posset cum fructu moneri, designatio ad parochum devolvebatur.

QUÆSTIO QUARTA.

Utrum parochus in omnibus recte se gesserit?

De parochi agendi ratione postulatur judicium. Quod *primo* noluerit imponere infanti nomen impii viri, Ecclesiæ infensi, recte egit. — Quod autem addidit, non esse imponenda nisi nomina Sanctorum in martyrologio descripta, paullo severius dixit. Debuit dicere, ea esse præferenda et usum christianum maxime laudandum hunc esse. Neque

reprehendendus est, quod nomen alicujus Sancti in baptizando puero saltem adjecit. — Quod demum propter iras et minas patris nomen impii illius viri admiserit : in hoc puto distinguendum esse. Si pater illius viri nomen imponi voluit propter istam erga Ecclesiam hostilitatem et impietatem, Cajus huic impiæ voluntati acquiescere non potuit, etiamsi pater filiolum sine baptismo secum sumpsisset; potuit tamen rem fortasse dissimulare et demum post factum baptismum declarare, se morem non gessisse. Si vero — ut sane videtur — alia, quamvis stulta, ratio suberat, quod v. g. Titius illum virum propter magnum ingenium, naturales quasdam sive veras sive fictas virtutes, magni faciebat, puto, melius fuisse patri tandem acquiescere et filium baptizare, quam hunc periculo exponere, ne unquam baptismum reciperet. Nam ejusmodi nomen non videtur satis clare comprehendi prohibitione illa Ritualis Romani, si stricte sumimus verba; si vero sensum attendimus, videtur Ecclesia voluisse excludere cultum quemdam, qui impiis *qua talibus* exhibeatur : quod in nostra suppositione non verificatur.

Factum parochi *secundum* versatur circa patrinum. Recte egit procurando, ne schismaticus fieret vere patrinus. Imo, si defuisset catholicus, qui patrini munus gereret, potius sine omni patrino baptismus conferri debuit, quam cum patrino schismatico. De quo vide *hujusce Ephemeridis* tom. XXVI, pag. 153 seqq., ubi refertur in hunc sensum decr. S. Off. d. d. 3 Maii 1893 quoad patrinum *hæreticum*; verum hac in re *schismaticos* cum hæreticis confundi debere, tum natura rei videtur innuere, tum aliud decr. S. Off. d. d. 14 Oct. 1676 docet *ibid.* p. 156.

Debuit autem parochus in id *intendere* : si igitur hoc non positive impedivit, sed fortuito casui reliquit, utrum ille vir tangeret infantem in actu baptismi, necne, defuit, idque per se graviter, suo officio. — Alias autem, quum videret, fore

ut disputans cum Titio oleum et operam perderet atque rem pejorem faceret, potuit silentio rem premere, maxime quum videret Titius, adhiberi insuper patrinum catholicum. Si autem spes erat Titium ad meliorem frugem adducendi, debuit eum monere, vel saltem postea leges divinas et ecclesiasticas circa munus patrini docere.

Ut *testis* baptismi ejusmodo vir acatholicus admitti omnino potuit. Atque id ipsum optimum effugium esse potest non pro parocho solum, sed etiam pro parentibus filioli baptizandi, quando viri acatholici amici exspectant, ut invitentur, neque sine offensione valent præteriri. Quoniam scilicet ipsi non accurate distinguunt munus patrini et testis, ut tales admitti et invitari ex tam gravi causa possunt, etsi vocentur « patrini honorarii. » Cf. S. Alph. lib. 6, n. 156; Theol. Mor. II, n. 72; Lacroix lib. 6, p. 1, n. 373, qui postquam dixerat, intrinsece malum esse, adhibere patrinum sectæ hæreticæ, ita pergit : « Duæ tamen praxes licitæ sunt : prima est, ut baptizans in tali necessitate omittat omnia, quæ patrinum concernunt, et infantem baptizatum reddat obstetrici. Altera est aliorum in quibusdam urbibus acatholicis usurpata, ut baptizans, præter hæreticum, designet alium catholicum ex voluntate parentum, qui puerum tangat, assistente hæretico quasi ad honorem, et tum inscribat libro baptismali verum patrinum catholicum, notet autem, hæreticum fuisse tantum testem. »

AUG. LEHMKUHL, S. J.



CONSULTATION.

Peut-on régulièrement s'habiller à l'autel pour célébrer la sainte messe, sans autre raison que l'éloignement de la sacristie, ou son insuffisance pour le nombre des prêtres qui auraient à s'y habiller à la fois?

Rép. — Il est absolument défendu à un simple prêtre de s'habiller à l'autel; ce n'est permis « neque Vicario generali, neque Dignitati, vel Canonico, sive sint protonotarii, sive non; qui omnes non ex altari, sed ex sacristia, vel ex alio loco ad id ordinato paramenta capere debent, et inde parati ad celebrandum accedere. » Ainsi s'exprime le décret in Cremonen, que tous les auteurs citent après Gavantus et Cavalieri dans cette matière. Pour qu'on ne puisse pas objecter le caractère particulier du décret, la S. Congrégation a eu soin d'ajouter à la fin la phrase suivante : « Et ita declaravit, et ita Cremonæ, atque *ubique servandum esse* censuit, et ordinavit die 7 Julii 1612 » (1).

Le même décret nous apprend que le privilège de prendre les ornements de la messe à l'autel est réservé aux Évêques : « Solis tamen Episcopis private celebrantibus convenire non ex sacristia, sed ex altari paramenta sacra sumere. » Sur quoi les auteurs font observer que les Cardinaux ne sont pas nommés, mais qu'ils ont *a fortiori* le même privilège.

Quant aux Prélats inférieurs, ils ne peuvent prendre les

(1) Gardellini, n° 457.

ornements à l'autel pour la messe privée; mais, s'ils ont le droit de célébrer pontificalement, ils peuvent le faire pour la messe pontificale ; les décrets d'Alexandre VII le déclarent positivement. C'est ainsi que le décret du 27 septembre 1659, § 11, dit : « Sacras vestes ex altari non sumant, nisi pontificaliter divinis vacaturi » ; et § 21 : « In missis privatis quoad indumenta, cæremonias, ministros, altaris ornatum, et benedictionis largitionem, a simplici sacerdote non discrepent; ac proinde sacras vestes induant in sacristia... » Il y eut des réclamations contre cette disposition du décret de 1659, nous le savons par le passage suivant du décret déclaratoire du 20 juillet 1660 : « Ad § 11, quo sacras vestes ex altari sumere abbates privatim celebraturi prohibentur, asserentibus monachis, se hactenus tali privilegio gavisos esse, Sacra Congregatio censuit : *servandum esse decretum.* »

Il est même des Prélats, qui peuvent officier pontificalement, sans avoir pour cela le droit de prendre les ornements à l'autel. Cela est formellement interdit aux protonotaires apostoliques *ad instar participantium* dans la Constitution de Pie IX, n. XV : « Item abstineant ab usu septimi candelabri super altari, sacras vestes non ex eo, sed in sacrario assumant et deponant... (1). »

Pour revenir aux simples prêtres, il ne faut pas croire que le décret IN CREMONEN, cité au commencement de cet article, soit le seul qui contienne la défense de prendre les ornements sur l'autel; il y en a plusieurs avant lui, et, depuis, la défense a été répétée bien des fois. Deux

(1) Gardell., n° 5500. — La même Constitution, n° XIX, accorde aux Pronotaires Apostoliques de prendre à Rome, les ornements à l'autel, en compensation de ce qu'ils ne peuvent y célébrer pontificalement, *ob Summi Pontificis præsentiam.*

décrets surtout méritent une mention spéciale. D'abord, le décret d'Urbain VIII, parce que ce Pontife ordonna de l'imprimer au commencement du Missel, pour montrer toute l'importance qu'il y attachait :

Paramenta non debent sumi de Altari pro celebratione Missarum, cum id competat solum Episcopis sive solemniter, sive privatim celebrent. Inferioribus vero habentibus usum pontificalium, non nisi quando in pontificalibus celebrant.

. . . .

Et facta relatione horum Decretorum SS. D. N. Urbano VIII, Sanctitas Sua annuit, et *ab omnibus ubique* servari, et in Missali Romano noviter imprimendo apponi mandavit.

Le second décret sur lequel nous voulons appeler l'attention est le décret IN PATAVIEN, du 17 juin 1673. Les Chanoines de Padoue prétendaient tenir d'une coutume immémoriale le droit de prendre les ornements à l'autel. Il est à noter qu'ils n'usurpaient point le privilège des Évêques; la différence entre leur pratique et le privilège épiscopal était marquée, en ce qu'ils faisaient placer les ornements, non sur le milieu de l'autel, mais au côté de l'évangile, et c'était là qu'ils les prenaient eux-mêmes, sans attendre qu'on les leur apportât au bas de l'autel. La S. Congrégation, sans s'arrêter à cette considération,

Declaravit, inhærendo aliis declarationibus : « Non licuisse, neque licere Canonicis Cathedralis Pataviensis assumere sacra paramenta neque de, neque in altari, non obstante quacumque prætensa consuetudine etiam immemorabili in contrarium, quam abusum impræscriptibilem *declaravit*... » Et ita omnino servari, et exequi voluit, et mandavit (1).

(1) Gardell., n° 2641. Le mot *declaravit* est souligné dans Gardellini.

La défense est donc bien prouvée ; y a-t-il des raisons qui puissent justifier uue transgression?

Avant tout, il est certain que la sacristie n'est pas, nécessairement, le lieu où le prêtre doit prendre les ornements. Le Missel lui-même le suppose, puisqu'il dit du prêtre : « Deinde accedat ad locum in sacristia, vel alibi præparatum, ubi paramenta, aliaque ad celebrandum necessaria habentur » (1). Les auteurs reconnaissent de même que le prêtre peut prendre les ornements sur une table : « Deficiente vero sacristia, aut mensa separata, si in casu necessitatis ponantur in altari *(paramenta)*, nunquam tamen in medio, sed in cornu evangelii collocentur, » dit Gavantus (2). Cette table peut être placée dans la sacristie, dans une salle des catéchismes, derrière l'autel ou de côté.

Mais on a dû remarquer le mot de Gavantus : *in casu necessitatis ;* les auteurs le répètent après lui ; ils ne voient que la nécessité qui puisse autoriser un prêtre à prendre les ornements sur l'autel (3). Quelques-uns vont même plus loin, et veulent que ce soit une nécessité transitoire, accidentelle (4). Nous croyons qu'ils ont raison, et qu'il ne faut pas admettre une nécessité permanente ; puisque la pratique contraire à la loi a été déclarée un abus contre lequel on ne peut prescrire, il faut chercher à remédier à la nécessité permanente, et ne pas l'accepter facilement.

Ceci posé, nous ne croyons pas que l'on puisse accepter

(1) *Ritus servandus in celebratione Missæ,* cap. 1, n. 1.

(2) *Comment. in Rubr. Miss.*, Part. II, tit. I, n° 1.

(3) Cavalieri, t. V, cap. I, n° 8 ; Barbosa, *Summ. apostol. dec.*, V° *Paramenta,* n. 3 ; Ferraris, V° *Paramenta*, n° 31 ; de Herdt, *S. Lit. Prax.*, t. I, n° 194 ; Bouvry, *Expos. Rubr.*, t. II, part. III, sect. III, tit. I, n° 4 ; Falise, *Sacr. rit. Rubricarumque... elucidatio,* pag. 721 ; Bourbon, *Petit Cérémonial Paroissial,* part. I, tit. I, chap. 1, n° 3.

(4) Falise, *loc. cit.;* Bourbon, *loc. cit.*

l'éloignement de la sacristie comme une raison suffisante pour prendre les ornements à l'autel; ce n'est point là, nous semble-t-il, le cas de nécessité, ou le mot est bien élastique.

L'insuffisance de la sacristie serait-elle une meilleure raison? Oui, parfois; dans les églises de pèlerinage, par exemple. Il se rencontre des jours où le nombre des prêtres qui affluent pour dire la sainte messe est tellement considérable qu'il y a impossibilité à ce qu'ils prennent les ornements à la sacristie. Mais nous admettrions difficilement cette raison comme une raison permanente dans une église ordinaire. Il nous semble qu'il y a obligation, pour le recteur de l'église, d'aviser à ce que la règle soit ordinairement observée. Quand même il s'agirait d'une communauté dans laquelle les prêtres sont nombreux, y aurait-il de si graves inconvénients à régler les choses de telle sorte qu'il n'y ait pas plus de prêtres à se présenter à la fois à la sacristie que celle-ci en peut contenir; les autres messes commenceraient, par exemple, dix minutes ou un quart d'heure après, et on éviterait l'encombrement.



TABLE DES ARTICLES.

TABLE DES MATIÈRES.



Les gérants : H. & L. CASTERMAN.

Tournai, typ. Casterman.